Stupꝝ q̄le sit peccatū:et quāta mala ex eq̄ sequūtur.xxix. F
Sudor sanguineus xp̄i dñi in monte oliueti.xxxiij. Al
Superbos detestatur deus.l. CD
Superbi z auari sp volūt accusari de eorum pctis:sed nō sic p̄nt luxuriosi.lj. K
Superbia quantū malū sit.lxvj. D
Superbor duo genera. ibidem
Superbia p̄ter tria est valde timenda.lxvj. F Gb per totū
Superbie curꝰ.rote.auriga.eq̄ z c.lxvj. J
Superbo cōparat paralitico.lxviij. Gb
Superstitiosi z incātatrices c.sepius recidiuant.xxvij. L
Superstitiosi rōnē q̄ē deo reddēt.lvij. M
Superstitiosi arguunt multiplicit.lxxij. E
Superstitiosi de fontibꝰ arboribꝰ z ceteris locis nō cōsecratis c.ibidem
Surdi z muti sunt peccatores multiplicit lxj. BLD

T

Tēpestas quō ortt naturaliter z quō miraculose.xvij. D
Templū dei triplex.xiij. D
Templū diaboli triplex. Ibidem
Temporalia bona sunt minima dona dei. lxiij. E
Temptare deū nō debem⁹.xvij. B
Tēptatōis ordo q̄lis sit.xxij. Ab J K p̄ to.
Tenebre interiores z exteriores late deseruntur.lxix. p Q
Tenebre infernales notant.ibidem
Thomas an tetigerit vulnera xp̄i.xl. Gb
Tiberiꝰ fuit cesar tpe passiōis xp̄i.lxxij. Gb
Tiranni oppressores pauperum arguunt. xxvij. B

Registrum

Tribulatio est via ad eternã beatitudinem xxxj. E. et. xiiij. D
Tribulatiões z aduersitates deus admittit iustis ꝓpter tria. xlvj. H D
Tribulatiões z aduersitates patiẽtes cõsequunt tres vtilitates. xlvj. J
Trinitas et vnitas in diuinis ostendit. xlix A B per totum
Trinitatẽ z vnitatẽ quõ simplex hõ credere debet. xlix. E
Trinitatem curiose inuestigare est periculosum. xlix. K
Trinitas z vnitas quomõ relucent in anima rationali. xlix. L D H
Tristicia christi in monte oliueti. xxxiij. R per totum

V

Vallũ diaboli cõtra aiam in extremis est triplex. lix. K
Vanã gliam quõ diabol⁹ ꝓuadet. xxij. J
Vaschangali tpe colit mund⁹ ven (H
ter z diabol⁹ pl⁹ cꝫ de⁹. xxj. H D ꝑ totũ
Venire debem⁹ ad deũ tripliciter. xvj. C
Verbũ primũ in euangelio scriptũ qõ dixit iesus. xiiij. E
Verbũ dei diuersimode fructũ facit ꝑm diuersam dispositionẽ audientiũ. xx. C D
Verbum dei quare cõparat semini z ecõuerso. xx. F
Verbum dei fructificat et cõfortat singulariter. xx. H
Verbi dei diligẽs auditio est signũ eterne predestinationis. ibidem
Verbi dei dignitas et vtilitas. xxvj. F H. Et. liiij. B D
Verba dei cõminatiõis et ꝓmissionis audire debemus. xxx. J
Verba dei ꝓminatiõis sunt ẽttuor. xxx. M
Verbũ dei diligenter audiendũ (D
ꝓpter ẽttuor. liiij. A B C D E. et. lxvj. L
Verbum dei populus ex ꝑcepto tenet audire. liiij. C
Verba tria xꝑi dñi terribilia. lviij. E F
Verecũdia in ꝓfessione ẽttũ ꝓdest. et si ẽ nimia multũ nocet. xxiiij. L D
Veritas triplex. vicz. vite. iusticie. et doctrine. xlvj. D
Vestes ꝓpter duo inuẽte fuerũt. xxx. A
Vestimẽta electoꝝ z reꝓborũ. ql̃ia erunt in futuro. ibidem
Via triplici xꝑs iuit ad patrẽ. xxxiiij. B
Villa triplex est hoi cõmissa. lviij. B
Villicus malꝰ siue pctõr quõ dissipat bona dñi sui tripliciter. lviij. L
Villicus malus quõ vocat ad rationẽ reddendam. ibidem D
Villicꝰ malꝰ accusat a ẽttuor. lviij. B
Vinea quid sit. xix. D K
Vino in nuptijs deficiẽte maria rogando implicite denunciat xꝑo. xv. E F
Vinũ duplex. s. naturale z spũale. id est cõpunctiõis z culpe. xv. D P
Virtutib⁹ nihil melius est in creaturis dei xxx B
Virtutes cardinales sunt arma nostra spiritualia. lxx. A
Visum tria delectant vicz flumen. speculũ. gramen. lxij. L
Visitare infirmũ nõ solũ diuitẽ et nobilẽ: sed etiã pauperẽ deo placet. lxx. E F
Vita christi dicitur vestis in sacra scriptura. iij. A
Vita duplex. xxxviij. D
Vita hominis est breuis et modica. et ẽre hoc. xlij. J K L M
Vitã aliorum attẽdere z discutere est qñcꝫ peccatũ qñcꝫ sine pctõ. lj. L
Vitam eternã nõ oẽs cõsequunt q̃ dicunt domine domine. lviij. D P
Vnio diuine nature z hũane. j. D M
Vnitas triũ personarũ in diuinis ostenditur. xlix. F B D
Visionib⁹ insolitis apparẽtib⁹ quõ se debet homo habere. xlij. C
Vocat nos de⁹ tripl'r. xvj. C. et. xx. E
Vocat christus laborantes z oneratos ad se. xviij. E
Vocati sunt multi z pauci electi. xix. K L
Voluntas dei est q̃ aliq̃ sint electi z aliqui reꝓbi. xviij. C
Volũtas bt̃oꝝ z dãnatoꝝ duplex. l. M
Vomitus q̃liter impedit perceptionẽ eucharistie. xxxiij. M
Vrsus ꝛ febres comedit formicas. xvj. A
Vsus rõnis duplicit nõ habet. lj. J
Vsurarij z res iniustas habẽtes difficulter vere penitẽt. lxj. K
Vsura multipliciter cõmittit. lxxiij. F
Vsurarius graniter peccat ꝓpter plura. lxxiij. B
Vsurarij a iure puniũtur quadruplici pe

Registrū

na. Ibidem
Vulnera christi quot fuerūt. xxxiiij. C
Vulnus lateris christi figuratū est in arca noe. xxxvij. E E
Vulnera quare christus ostēdit post resurrectionē. xl. E F G

E

Xp̄m in suo aduētu debem⁹ suscipe reuerēter propter quattuor. j. H. ix. A
Xp̄s venit nobis multipliciter. j. J
Xp̄s habet duas naturas. j. D H D
Xp̄s cum sit vbiq; quō dicitur descendisse de celo. j. P
Xp̄s vtrum cōgruo tempore fuerit incarnatus. iij. E F G
Xp̄m icarnari an fuerit necessariū. iij. H J
Xp̄i ꝯceptio ḡre potius attribuit spūisancto ḡ patri aut filio. iij. A
Xp̄s cuilibet hoī apparet in morte. vj. J
Xp̄s ḡre magis voluit ꝯcipi z nasci de virgine despōsata viro ḡ totaliť libera. ix. (D
Xp̄i natiuitas q̄lis fuerit: qñ et ḡre x. A B per totum
Xp̄s quare cōcipi voluit in nazareth z nasci in bethleem. x. H J
Xp̄s ḡre pati voluit in hierusalē. x K
Xp̄s ḡre voluit romā esse caput in ecclesia
Xp̄s ḡre nasci voluit in nocte et (x. A die dñico, et quare in hieme quādo dies crescit. x. D H D
Xp̄s quō positus est in signum cui cōtradicetur. xj. C
Xp̄s quō et qualiter voluit circūcidi. xij. A
Xp̄s aliq̄n vigilat aliq̄n dormit (B C spiritualiter. xvij. H
Xp̄s ad se vocat omnes homīes hic oneratos. xviij. E
Xp̄i pietas z benignitas ostendiť. xviij. F
Xp̄s ḡre frequēter locut⁹ est pl'o in parabolis z silitudinib⁹. xx. B
Xp̄s ḡre statim post baptismum temptari voluit. xxij. C
Xp̄s quare solū ieiunauit q̄draginta dieb⁹ et noctib⁹. xxij. E
Xp̄s quō a lucifero temptatus fuit. xxij. F G H per totum
Xp̄s in deserto q̄d faciebat, vbi dormiebat, et quā societatē habebat. xxij. post A
Xp̄i innocentia ostendiť. xxx. C D
Xp̄s peccare nō potuit triplici rōne. xxx. D
Xp̄o debemus occurrere exemplo turbe in die palmarum. xxxj. F
Xp̄s post suscitationē lazari quid fecit vsq; ad diem cene. xxxiiij. F
Xp̄s in cena et in monte oliueti fecit quinq; . xxxiiij. D
Xp̄s quō fuit capt⁹ z ligat⁹. xxxv. C. D F.
Xp̄s q̄d fuerit passus in domo anne. xxxv. F G H
Xp̄s q̄d sit passus in domo cayphe. xxxv. D H per totum
Xp̄s nonies fuit duct⁹ ligatus. xxxvij. D
Xp̄s quare post resurrectionē sero z ianuis clausis apparuit discipulis. xl. B C
Xp̄s ḡre stetit in medio discipulo; post resurrectionē. xl. D
Xp̄s q̄diu fuault vulnera sua post resurrectionem. xl. E F G
Xp̄s quō manet nobiscum vsq; ad cōsummationē seculi. xlij. D
Xp̄s ḡre solū. xl. diebꝰ māsit infer⁹ post resurrectionē suā. xliij. E
Xp̄s triplici via iuit ad patrē. xliij. B
Xp̄s ḡre dixit discipul. nō dico q; rogabo patrē p vobis: cū ip̄e sp apud deū patrē interpellat p nobis. xliij. D
Xp̄s post resurrectionē z ante suā ascensionem cū aiabꝰ de limbo receptis vbi māsit et quare hoc non habetur ex scripturis. xlv. E F
Xp̄s fleuit quinq; vicibus in hoc mundo. lix. B C per totum
Xp̄s defleuit casū iude traditoris sui. lix. E
Xp̄m quō viderūt reges et ꝓphete veteris legis. lxij. D
Xp̄s pharisei⁹ et alīs inimicis suis bene fecit. lxvj. B
Xp̄s q̄nis semp clare cognouit penas sibi futuras tū nō semp doluit. lxxij. F
Xp̄s dat cōuiuiū cū trib⁹ ferculis. lxxiij. A
Xp̄s an solū venerit ad redimendū iudeos vel etiā gentiles. lxxiij. D H

Registrū exemplorum

Incipit registrum exemplorum.

A

Abbas vocatus erat in infirmitate p angelum ad reddēdū deo rationē de vita sua mala,lvij. F

Aduentus spiritussancti in mentē qualiter fiat,lx. H

Adulteriū fuit grauiter punitū,xxix. H

Aduocati quō puniunt in inferno,lxiij. F

Aduocatus cōuertit ad pniam p mortuū apparentē,lxx. M

Alleca defendit cetus in mari:et postea deuorat ea,lxx. I

Altare debet in reuerētia haberi,ꝓpter plura:exēplo Oze subito puniti,ꝓpter arcā tangendo,lx. E

Ascensio christi,xlv. G

Attritio quō fiat cōtritio,xxliij. I

Auaro capto in ciuitate quā expugnauit aurū z argētū ferucs in os fusuz ē,lxvj. O

Auari relinquētes heredibꝫ res iiustas grauissime puniunt,lxix. R

B.

Beatitudo sanctoꝝ est ineffabilis,lxj. G

Beneficiorū recognitio ex brutis ostenditur,lxx. H

Blasphemia cōtū sit peccatū ostendit,xxx. F,et,lxviij. F G H I

C

Cancellarius quidā damnatus est parisiensis,lvij. I

Columbas nutrire euolātes ad campū nō est licitum,vij. A

Comites decē damnati sunt ꝓpter vnā possessionē ecclesie metensis,lv. F

Cōcordia valde deo placet,lv. G

Cōfessio cū pudore cōtū valet,xxliij. I

Confessio celat peccatū diabolo,xxliij. O et,xxvj. C

Confiteri nolens ex verecundia licz ctidie peccata doleret et religionē intraret dānata est,lv. E

Confessio vera cūcte sit virtutis,xxvj. C

Cōsuetudo peccandi est piculosa,lxj. H

Chorea quare sit vitanda,xxj. I

Chorizando in medio manuū visus est diabolus,xxj. H

D

Damnatorū penas esse ꝑpetuas ostenditur,xlij. M

Dānatoꝝ infinit⁹ ē numer⁹,lij. I,et,lvij. P

Damnatoꝝ pene terribiles ostendunt.lvij I,et,lxix. P Q R

Demon ab obsesso expulsus ē ad ꝓceptionem eucharistie.xxxij. E

Detractor post mortez horribili pena fuit punitus,xxj. H

Diabol⁹ tēptat sctōs z religiosos,xxij. M

Diabol⁹ odit māsuetos z diligit iratos.lv.

Diabolus vocatus indeliberate (M statim venit,lxj. F

Diabolus tripliciter z ex tribꝫ causis obsidet hominē.lxj. G

Dilectio primi qlis esse debet,lxij. I

Dilectio primi in epo Paulino maior erat cꝫ suipius aliq mō.lxij. I

Diuitum pene infernales.l. M

Dnica die pistor fermentū faciēs vidit panes ex fornace receptos z fractos die lune sanguinolentos,lxvj. O

E

Ebrietas quantū malū sit oñdit,xv. O

Elemosyna multiplicit vtilis est z deo placet,liij. M

Elemosyna de male acquisitis non placet deo,liij. O

Elemosyna data p puerū de tritico:orōne pueri totū horreū impletū fuit.lvj. K

Eucharistie fides pluribꝫ exemplis adiuuatur,xxxij. C D H

Eucharistiā sumentes quid credere debeant,xxxiij. C D

Eucharistiam digne ꝓcepit puer nouē annorum.ibidem D

Eucharistia ꝑsente demon nō potuit amplius adiuuare hereticum in igne sicut ante fecerat.xxxij. I

Eucharistia ꝓpter vomitū a sctō viro non fuit ꝓcepta cū miraculo,xxxiij M

Eucharistia sanguinolenta et carnea. Ibidem. O

Eucharistia liberat a morte temporali z ꝑpetua,xxxij. K

Eucharistia multum minuit penam purgatorij,ibidem

Regiſtrū exemplorum

Eucharistiā q̄dā ſcolaris cū deuotiõe ⁊ reuerẽtia ſũpſit frequẽter ⁊ p̄ ħ ſaluatus fuit,lvij.

Eucharistiā,ꝓpter inimiciciā quidā romanus noluit ſumere et p̄ hoc damnat⁹ fuit,licz alīs bone vite reputaret⁊ mlta bona fecerit,lxxj.

Exequie pompoſe pctõris nihil ſibi ꝓfuerũt ſed magis nocuerũt,l.

F

Fatuus eſt q̄ gaudia mũdi et eius honorẽ querit,xxxj.

Feſtũ piſtor violās recepit panes ſanguinolentos ſequẽti die.lxvj.

Fidelis ceteris paribꝫ graui⁹ peccat q̄ infidelis,xliij.

Filij quõ puniunt,ꝓpter parẽtes et ecõuerſo,xj.ħ.et,xliij.

Fletus exceſſiuus p̄ mortuis magis nocet q̄ prodeſt.lxv.

Fortunat⁹ homo in oĩbus tandẽ male vitam finiuit,lviij.

Fuga male ſocietatis multũ valet cõtra recidiuã,xxvij.

G

Gaudia btõꝝ ſunt ineffabilia,lxj.

Gentilis iudex ꝓpter iuſticiã fuit poſt mortem ſaluatus,xliij.

H

Heremita ab vrſo occiſus fuit ⁊ ſaluat⁹ et diues cũ exequijſ põpoſis dãnat⁹.l.

Hereticꝰ i incẽdio clamauit, deꝰ meꝰ deus meus q̄re me dereliq̄ſti,et tũc ignis fuit extinctꝰ,ꝫ allato ſacro euchariſtie igne cõſumptus,lxiij.

I

Jeſus hoc nomen couertit duos magnos peccatores,xij.

Jeſus liberat ab inſidijs diaboli,ibidẽ

Jeſus ſuccurrit in temptatiõe,ibidẽ

Jeſus ſuccurrit in tribulatiõe,ibidẽ

Jeſus nazarenꝰ ſcriptũ in fronte pueri pulcerrimi viſum ẽ a ſctõ Edmundo adhuc puero,poſtea facto archiepiſcopo cantuarienſi.lxxij.

Imaginẽ dei habet hõ in aĩa,lxxij.

Infirmꝰ a demone i extremis ꝫ fidẽ grauiter temptatus fuit,lix.

Infirmꝰ religioſus a demone fuit deceptꝰ

Infirmitas a malo retrahit (ibidem et ad bonũ inducit.lxx.

Infirmitas ẽ ſpeciale donũ dei. ibidem

Infirmitas a futurꝫ penis liberat.lxx.

Infirmos viſitare ⁊ illos iſtruere deo placet,lxx.

Iniuriã ⁊ inimiciciã vel odiũ aut vindictã nõ dimittẽs nobilis alīs bone vite damnatus eſt,lxxj.

Ire remedia ſunt mollis reſponſio ⁊ benefacere,lv.

Judex gentilis poſt mortẽ,ꝓpter iuſticiã fuit baptiſatꝰ et ſaluatꝰ,xliij.

Judicare in malo aut ꝺdẽnare,p̄rimũ deo multũ diſplicet,liij.

Judicia dei alia ſũt q̄ iudicia hoĩm.vij.

Judicia dei occulta ſunt quis ſit iuſtꝰ vel iniuſtus.lx.

Judiciũ ꝑticulare fuit ad dẽ tertium ꝓtractũ,ꝓt qõ ordo carthuſiẽſ icepit.vj.

Judiciũ particulare fuit ſed non ſententia lata.vj.

Judiciũ ꝑticulare an ſtatim poſt mortem fiat ⁊ qualiter.vij.

Judiciũ ꝑticulare icertũ eſt qñ fiet.viij.

Judiciũ generale in fine nõ eſt ſupfluũ:licet p̄us q̄libet hõ iudicet iudicio ꝑticulari,ꝓpter q̄ttuor.viij.

Jurare aliũ cogens q̄ſtũ peccat,xxviij.

Juſticia fuit oſtenſa per danielem in ſenibus,xliij.

Juſticia iudicis etiam gentilis deo placuit,xliij.

L

Lac et mel in ſacra ſcriptura quid ſignificant,xxx.

Lazari reſuſcitati magna pnia.vj.

Lex rependit ſuo benefactori.lxx.

Leproſos nimiũ horrere ⁊ vitare diſplicet deo p̄ duo exempla,xvj.

Lingua bona ⁊ mala,xlvij.

Luxuria q̄ntũ diſplicet angelis,xxix.

Luxuriosa mulier nobilis obticendo peccata in cõfeſſione maximã penam inferni ſuſtinuit quam duobus religioſis declarauit,xxix.

Luxuria fetet coram deo,angelis, hominibus ⁊ diabolo,lxvj.

Registrū exemplorum

M

Magister magn⁹ parisien⁹ damnat⁹ ē ꝑ ꝑ
superbiā et voluptates corpis. lvij. P
Mansuetudinē docet natura apū. lv. D
Mechanicus fideliter laborans z elemo⁹
synas dans postea ditatus cessauit bene
facere. lxxv. K
Mendaciū in ꝯsuetudinem ductū difficul
ter relinquit. lxj. D
Miscōia ad pauꝑes multiplr ꝑdest. ī mū
do. in morte. in iudicio. z ī celo. liij. D
Miscōie opa nō placēt deo de male acq̄
sitis. liij. D
Miscōia dei multos seducit: ꝑsumēdo de
ea. lvj. F
Moriens qualiter fuit temptatus de fide
per demonē. lix. K
Mortis memoria vtilis est ad penitentiā
vj. I. et. xxvj. M. et. lxv. M M
Mort⁹ incertitudo in q̄lib⁹ cōsistit. viij. C
Mortui fuerunt vna die triginta milia et
oēs dānati ꝓter q̄nq̄s. lvij. I
Mortui fuerūt vna die q̄nq̄s millia et solū
ꝯtuor ex illis saluati. lvij. I N
Mortuos deflere excessiue magꝭ nocet q̄s
prodest. lxv. D
Morienti nō succurrunt diuitie vt in vita
cōseruetur. lxv. M

N

Nobilis quidā mlta bona faciēs z ꝯgo p⁹
manēs. solū ꝓpr̄ inimicitiā z vindictā cō
tra se offendētes damnat⁹ fuit. lxxj. N

O

Obstinatio pctōr̄ piculosa est. lx. M
Obsidet diabolus hoiem ex triby causis. et
tripliciter. lxj. G
Odium est fugiendum. xix. D
Orare est maxime virtutis et laborioſum.
xliij. D
Oratio quare fit deo cū ei⁹ voluntatē ꝑ ꝓ
nō mutamus. xliij. K
Oratio tripliciter impedit ne a deo exau⁹
diatur. xliij. D
Oratio deuota multū placet deo. lx. F

P

Parentes damnant cū pueris z ḡuiter pu
niunt. xj. D. et. xiij. E F. et. lix. I
Parētes q̄liter puniant ꝑ filijs et ꝑ eos ra⁹
tionem reddēt. lviij. D
Passiōis xp̄i meditatio multū ꝑdest. xxxv.
M E. et. xxxiij. B B
Peccator maximus cōuertit ꝑ mirabilem
penitentiā. ij. K
Pctōr ex dei beneficijs cōuertit. ij. L
Pctōr stultitia. xxj. K. et. lij. D
Pctm̄ ꝯ naturā fuit ḡuiter punitū. xix. K
Pctōr cecitas ꝑ exēplū declarat. lij. M
Peccator obstinatio. lx. M
Peccata vt quidaz fugeret facie pulcerri⁹
mam scidit. lxxiij. D
Peccata ꝓpria magis q̄s aliena dz hō cōsi⁹
derare. ibidem
Penarū infernaliū eternitas declarat. xxx.
M. z. xlij. I M. z. lxix. K M ī spacio
Pniam differre piculosum ē. lxiij. I. Et
Penituit miles in extremis (lxxiij. O
modico verbo. lxiij. E
Percussus ad maxillā aliā obtulit. z ꝑ hoc
demonē expulit. lxxj. I
Pistor die dñico facies fermentū recepit fe⁹
ria secūda postea panes q̄ fracti sangui⁹
nem emiserūt. lxv. O
Plebanū post mortē sue cure cōmisse z aīa
eū mortui lapidauerūt. ꝓpter negligen⁹
tiā z vitā suā malā. lviij. M
Pollutio q̄ impedit sumptionē eucharis⁹
tie. xxxij. M
Precepta sua de⁹ stricte voluit obseruari ꝑ
plura exempla. lxvij. I
Predestinatio vel p̄scientia ꝑ indoctos q̄d
sit nō dz disputari. xviij. D
Predicatoribꝫ ꝓbi del diabol⁹ multuz ad⁹
uersatur. liij. M
Predicator faciēs diligentiā z si nō fructi⁹
ficat tñ mereꝫ. liij. O
Proximi dilectio maior fuit q̄s ad seipsum.
lxij. I
Puer nouē annoꝝ deuote eucharistiā pce⁹
pit z miraculose. xxxij. D
Pulcritudo faciei est homī pctōr occasio.
Puer q̄nq̄s annoꝝ blasphema (lxxij. M
uit z a diabolo rapt⁹ ē ī sinu p̄is. xxx. F

R

Rationē deo reddere cogimur oēs. lviij.
F I O P
Recidiua in peccata ē valde piculosa. xxvj
E I K L. et. xxvij. E

¶ Registrū exemplorum

Religiosi quō dicūt mortui mundo. xv. F
Res male acquisita damnauit decem cō mites. lv. F
Restituere nolens iniustas res damnatus est. lix. L

B

Sabbatū siue festum pistor violās recepit panes sanguinē emittētes. lxvj. O
Sacrilegiū qō est species luxurie fuit graviter punitū. xxix. K
Sancti et religiosi graulter a diabolo temptant. xxij. D
Sensuū exterior custodia valet ꝓtra recidiuam. xxvij. D
Seruitor fidel ꝗliter ī fine penituit. liij. J
Sodomiticū peccatū fuit grauiter punitum. xxix. K
Spiritussancti bonitas z misericordia declaratur. xvj. K
Stulticia peccatoꝝ notat. xvj. K
Superbia vix dimittit penitentē quin recidiuet. xxvij. D
Superbia mulieris puocauit sctm̄ patrē ad detestationē ꝓpriorꝝ pctorꝝ. lviij. D
Superb cōparat balene. lxvj. D
Superbia ꝓpter tria est valde timenda: de exempla. lxvj. G
Superstitiosi arguunt multiplr trasceuntes ad loca nō cōsecrata. lxxiij. E

T

Temporis pditionē valde plangunt damnati. lvij. H
Temptare hō nō debet deū. xxij. B
Tēptatio diaboli ꝗb cautelis fit. xxij. D
Tenebre infernales. lxix. O
Testes falsi arguunt. xxx. D
Tribulatio vtilis est iustis. xlvi. J K
Trinitas z vnitas in diuinis ostenditur ꝑ plura exempla. xlix. B J K D P

V

Verbum dei quante sit efficacie. xx. F G. Et. xxvj. F G
Verbū dei pdicando miracula facta sunt. liij. B E
Verecundia in cōfessione quantū prodest. xxiij. L
Veritas cōmendat et mendaciū reprehēditur. xlvj. D
Vir magn⁹ ꝑ fatuū cōuersus est. lvij. L
Vitrū pfectū ad parietē nō fuit fractū sed curuatū tpe Tyberij cesaris. lxxij. B
Usurari⁹ ad cōsiliū cōfessoris in extremis noluit restituere vsurā ꝓpt filios ꝗs dilexit, et ꝫ ipe z vn⁹ filꝰ dānati sunt. lix. L

¶ Finit registrum exemplorū.

13

Sermones magistri Pauli Vann de Tempore

¶ Sermones de tempore in euangelijs p circulū anni magistri Pauli wan: sacre theologie pfessoris eximij, ac ecclesie Patauiensis pdicatoris famosissimi feliciter incipiunt.

¶ Dominica prima Aduentus
¶ Sermo primus

DIcite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi māsuetus. Matth. xxi. et sunt scripta originaliter Zacharie. ix. Audiuistis p circulū anni vsq; ad psentē dñicā christi incarnatōem: natiuitatē. vitā: pdicatōem: miracula: passionē: resurrectōem: in celū ascēsionē, z spūssctī missionē. quō etiā multipliciter nos miseros pctōres sepius āmonuit ad pniam. qz valde nram desiderat salutē, z inuite dānat: ex quo p oīb passus ē q̄n tū ad sufficientiā. Hūc redeūdo ad xpi incarnatiōem in ꝑbis thematis describit ei⁹ aduent⁹ in carnē quē hodie sctā mr ecclia pagit, z heri in vespis incepit: vt q̄libet fidelis hoc tpe digne se ppet ad celebrāduz suā natiuitatē. ¶ Circa hec ꝑba themat; dicendū pmū dicere ad lram textū sctī euāgelij cū nota; z modica declaratiōe. Secōdā notabilia cū declaratiōe verbo⁹ thematis, et q̄druplicē xpi aduentū. Et tercio dubia ad nram informatiōem huius marie deseruiētia. Quod vt fructuosi⁹ pficere valeā implorem⁹ auxiliū sanctissime genitricis dei virgis marie, dicētes Aue maria

¶ Textū euāgelij vide in dñica palmaz.

A Cōsuetudo est q̄ q̄n aliq̄s rex aut pnceps de nouo ingressurus est aliquā ciuitatē suā pmittit solēnes nūcios suos ad tractandū z ordinandū de māsione ꝓueniēte: et de his que ad tāti regis vl pncipis pertinent honorē. Ita facit sctā mr ecclia: que vt honorabili⁹ et decēti⁹ suscipiat rex potētissimus p quē facta sunt oīa q̄ in celo z in terra sunt: pmittit quatuor nūcios i officio missse, vicz Dauid, ꝓphetā in introitu. Paulū apl'm in epl'a, zachariā, ꝓphetā in euāgelio z in ꝑbis thematis, z Matthеū apl'm z euāgelistā q̄ totū scripsit euangeliū. ¶ Primus nūci⁹ dauid nobis oīndit q̄nū desiderīū habuerūt antiq̄ pres ante xpi aduentū ad videndū cū quē diu expectauerūt. In q̄z psona dicē dauid i introitu misse. Ad te leuaui aiaz meā de⁹ me⁹ i te confido ñ erubescā neq; irrideāt me inimici mei etenī vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundēt. ps. xxiij. q. di. O de⁹ me⁹ ego leuaui ad te aiam meā p spem et desideriū tuū aduēt⁹ vt me liberes de multiplici miseria in q̄ sum ex pctō primoz parentū. Et ō B plene in te confido nec erubescā de eo de q̄ cert⁹ sum, quod vtiq; facerē si nō venires. Et ex hoc nō habent cām infideles inimici nri ad irridendū nos q; vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundent i fide et spe expectatōis aduent⁹ tui. Et subiū git versus. Vias tuas dñe demōstra mihi z semitas tuas edoce me. vt vicz valeaz in eis pmanere et voluntatē tuā facere. Et sic patz ꝓmus nūcius q̄ ostendit desiderium sctoz patrū aduent⁹ christi. B Est tñ notandū q̄ aduētus xpi nō solū desideratus est a sctis patrib; scz veteris testamēti, sed etiā ab oībus ratōnalib; creaturis generaliter. Nā desiderabat ab angel' supra nos vt restaurarent casus malo⁹ angelo⁹. Desiderabat etiaz ab inferioribus, s. sctis in limbo vt inde liberarent q̄ ibi tenebāt captiui, desiderabat ab anterioribus, vicz pribus veter; testamēti q̄ ꝓpter vehemēs desideriū affligebant ꝓpter dilationē, qz spes q̄ differtur affligit aiam. Prouer. xiij. Et iō clamabāt illō Esa. xliij. Vtinā dirūpes celos z descēderes. Desiderabat etiā a posterioribus z modernis vt in ei⁹ fide z merito saluarent nō descēdētes ampli⁹ in infernum.

L Secūd⁹ nūci⁹ quē ecclia in officō misse mittit christo obuiā est apl's in epl'a hodierna. Et ille nos īstruit q̄liter nos p̄parare debeam⁹ ad aduētū ei⁹ vt eū digne suscipiam⁹, z p hoc ipe sibi hospitiū faciat in cordib; nostris. Nam hoc ipe desiderat fm illud Apoca. iij. Ego sto ad ostiū z pulso zc. qō vt fiat apl's nos hortat in hodierna epl'a ad Ro. xiij. scripta dicēs. Hora est iam nos de somno surgere, s. pctōz. iō abiiciam⁹ opa tenebraz z induamur arma lucis. id ē opa virtutū p caritatez inflāmata. ac si dicat apl's. Si volum⁹ vt xps dominus māsionē sibi faciat i cordib; nris abiiciam⁹ oīa pcta mortalia p detestatiōez cuz ꝓposito ampli⁹ talia nūq̄z admittēdi. Et ad

¶ Dominica prima aduētus

hoc faciendū vtile ymo necesse est vt corp⁹ castigemus nō illud nutriam⁹ cōtra dei p̄cepta in comessatōibꝫ et ebrietatibꝫ nō in cubilibꝫ p̄ somnolentiā pigriciā ⁊ accidiam. nō in lasciuijs carnalibꝫ. non in cōtentōne ⁊ emulatōe id ē inuidia. qz talium corda non vult inhabitare dulcis puer Jesus de p̄ximo nascēd⁹. Et vt nō obliuiscamur amarissime passiōis dñi nostri iesu christi conduit apl's. Induimini dñm iesum christū ei⁹ vexillū assumēdo p̄ memoriā sue acerbissime passiōis illud in cordibꝫ nr̄is portando. Sicut enī vexillū ptinet valāgam siue hastā lignū longū ⁊ telā. ita huj⁹ vexilli hasta est lignū sctē crucis. Tela autez est caro x̄pi affixa. Et sicut tela vexilli habz diuersos colores. ita caro christi triplici colore fuit depicta. scz albo. nigro ⁊ rubeo. Albo p̄ innocentie puritatē. caro ei⁹ christi fuit purissima ex virgie sūpta. ⁊ iō albissima. Fuit rubea p̄ sanguis aspsionē. Et nigra p̄ plagaz et mortis liuorē. Ita christi caro bene dicere posset illud Cāti. j. Nigra sum ⁊ formosa sicut pellis salomōis. Nigra fū propter liuorē ⁊ innocētie decorē sicut pellis salomōis. formosa propt̄ sanguis aspsionē. qz pelles salomōis in tēplo erāt. Nicola⁹ de lyra dicit. Noīe salomōis q̄ pacificus interptat̄ intelligit̄ ipe de⁹ ꝑm hebreos q̄ disponit oīa suauit̄. Pelles aūt eius dicunt opimentū supius tabernacli in quo deus colebat̄ qđ erat de pellibꝫ arietū. Et odi. xxv. Et erit expositū pluuijs et camatibꝫ. i. caloribꝫ. Errāt igit̄ dicentes q̄ dici d̄beat pellis salemōis p̄ scriptū tē. Ecce iā patz aliquantulū quō induere debem⁹ dominū iesū christū. Vtinā hodie multi peccatores talibꝫ vestimētis ⁊ christi vexillo se induerēt. vt in eoz cordibꝫ christ⁹ iesus in sua natiuitate māsionē faceret. Sed timeo q̄ multis cōtingat id qđ accidit venīti ad nuptias sine veste nuptiali. Matth. xxij. qui hoc sacrū tpus ex mala cōsuetudine p̄ trālire faciūt tanq̄ bestie in voluptatibus carnis. in supbia. auaricia. inuidia. vindicta ira et accidia. ac si deo oīa eoz mala essent occulta. cui⁹ tñ oculis oīa sunt nuda ⁊ apta. ad Hebre. iiij. Hoc verbū apli Induimini dñm iesū christū cū btūs Aug⁹ ante baptismū legeret statim ab eo oīs dubietatis tenebre diffugerūt. et ardēter se fidei christiane postea tradidit. ⁊ ad sacramētus baptismi suscipiēdū se p̄parauit.

¶ Tercius nunci⁹ quē mittit eccl'ia obuiam christo in officio misse est zacharias. p̄heta q̄ inter p̄phetas de numero p̄phet̄z est duodecim⁹. hic a spūsancto edoct⁹ x̄pi aduentū mirabilit̄ p̄nūciauit. Et tanq̄ de re certissima et p̄senti locut⁹ est ca. ix. dicens. Exulta satis filia syon. iubila filia hierlm. Ecce rex tuus venit tibi iust⁹ et saluator. ip̄se pauper ascēdens sup̄ asinā ⁊ pullū filiū asine. Ecce q̄s clare ille p̄pheta p̄dixit ingressum saluatoris dñi iesu in die palmarū in hierusalē ac si p̄sens fuisset. Et ideo Matheus euāgelista in hodierno euāgelio eum allegat licz sub alijs ꝓbis. Et qz euāgeliuz hodiernū solū p̄pter hāc p̄phetiā hodie recitat̄ que christi aduētū ꝓaciter exp̄mit ⁊ deuote. ideo solū hanc p̄phetiā put a Matheo sumit̄ p̄sequar in seq̄nti nuncio Hoc enī euangelū in dñica palmaz legit̄ i qua ea que in euangelio continent̄ ad liam cōtigerūt. ¶ Quartus ergo nūci⁹ quez mittit eccl'ia in officio misse est Matheus apl'us ⁊ euāgelista q̄ hodiernū euāgelium scripsit. et dictā p̄phetiā zacharie. p̄t̄ ei⁹ certitudinē sub his ꝓbis allegauit. dicite filie syon. Ecce rex tu⁹ venit tibi māsuet⁹. Que ꝓba breuiter exponēdo cū tota euāgelū intentōe q̄stū ad p̄sentē dominicā dicā. Unde in p̄dictis ꝓbis in themate positis tria p̄ncipaliter continent. Primo annūciatio bona p̄dicatoribꝫ mandat̄. ibi. dicite. Secundo cui tal' annūciatio fieri debeat subiungitur. ibi. filie syon. Tercio ipe aduētus saluatoris nr̄i dñi iesu christi ondit̄ ibi. Ecce rex tuus vēit tibi māsuet⁹. Et sic breuiter apl's in epl'a docet nos declīare a malo. et euāgelista docet vt faciam⁹ bonū. vt vicz occurram⁹ saluatori nr̄o cum floribus ⁊ palmis. vt patet infra. ℣. ¶ Primo ergo bona annūciatio p̄dicatoribꝫ impat̄ cū dicit̄ dicite. ac si di. Dicite. s. vos p̄dicatores q̄ estis os dei. ꝑm illud Mat. x. Nō vos estis q̄ loq̄mini sed spūs p̄ris vestri qui loquit̄ in vobis. Ideo oēs fideles hodie cuz deuotōe et spūali cordis gaudio debēt alidire bonam annūciatōnem quā de⁹ p̄ prophetas. p̄misit et veraciter adimplcuit. videlicz de incarnatōe filij dei. p̄ quā omnipotens deus ita dignificauit hūanam na-

turam q̄ ampli⁹ dignificari et extolli non potuit, vt sc̄z hō esset deus. ¶ Hō pōt hoc dici de angelis: non de aliq̄ creatura. ¶ Quanta dignitas humane nature. ¶ q̄nta gloria hominū. quō de hoc vnq̄ deo satisfacere poterim⁹? ¶ Debēt g̃ p̄dicatores hoc annūciare et nō tacere, ne dicat eis illud apostoli .j. ad Thessi. ix. Ue mihi est si nō euāgelizauero, id ē si nō bonā annūciatōez dixero. ¶ Euangeliū enī est idē quod bona annūciatio. ab eu qō est bonū, et angel⁹ qō ē nūcius. ¶ Propterea scriptū est. iiij. Regum vij. ¶ Hec dies boni nūcij est si tacuerim⁹ et noluerim⁹ nūciare: sceleris arguemur. ¶ Dic historiā breuiter ibi descriptā. ¶ Sicut tunc erat obsessa samaria z in magna angustia erāt, nam caput asini octogīta argēteis vēdebat et cabi stercoris columbe, id ē vesica ꝓpter grana ibi latentia quīq̄ argēteis vendebat. et mlieres filios suos comederūt vt patet. iiij. ¶ Regū. vj. quod factū est tpe helisei ꝓphete q̄ hec oīa predixerat. ¶ Hic añ ad uentū christi tot⁹ mund⁹ multis z magnis angustijs p̄mebat. ¶ Et cibi animaꝝ, s. dona spūssancti virtutes z verbū veritat⁹ nimis erant cari. et hoīes filios occidētes filios īmolabāt, quod erat iniqui⁹ ōz eos comedere. ¶ Erāt etiā hoīes infirmi ꝓtute nō valētes malo resistere nec ī bono ꝓficere sub seruitute vicioꝝ detenti. ¶ Erāt etiā ignorantes z turpiter errātes, creaturas creatorez credentes, et eis honores diuinos stultissime impēdentes, z ideo sub ptāte diaboli tenebant⁹, ꝓpter que oīa ī morte ad infernū descendebāt ibi eternaliter cruciandi. ¶ Et sic abyssus hūane miserie de aduentu filij dei indigebat abyssum diuīe misericordie, petens vt ab his oīb⁹ liberaret. ¶ Aduentus ergo filij dei dies boni nūcij sunt, quē nullo mō celare debem⁹ sed ipm reuerent⁹ z d̄ uote populo nūciare. ¶ Et hoc est qō ꝓpheta dicit, Dicite. id ē annūciate z p̄dicate diem leticie z gratie z misericordie plenū. q⁹ saluator noster ia vēit. ¶ Nobis ergo leticia geminat⁹. Antiq̄s dicebat⁹, Saluator nr̄ aduenit, sed nobis dicit⁹, saluator noster venit. ¶ Et ideo antiq̄ pres sume ōsiderabant quod nos ia habem⁹. ¶ De hoc Bernard⁹ Ardorē ōsideriū sanctoꝝ patrū cogitās cōstrū ingerit tantū gaudiū de gratia exhibita q̄ntum in veteribꝫ sanctis accēderat desideriū sola promissio. ¶ Secūdo in ꝑmissis verbis ostendit cui talis annūciatio debeat fieri, cū dicit, filie syon. ¶ Syon erat arx et turris dauid in monte sita, et figurat eccl̄iam triūphantez que est arx dei. ¶ Filia syon erat ipa ciuitas hierusalem in valle sita, q̄ ꝓtegebat⁹ ab arce syō sicut filia a matre. ¶ Et signat eccl̄iam militantez que protegit⁹ et defendit⁹ a triūphante sicut filia a matre. ¶ Hic ergo illis qui sunt in hierusalem, id ē ī ecclesia dei militāte hic bona annunciatio p̄dicari debz, nō saracenis quia ipi derident et nolūt audire, nec iudeis nec hereticis, quia ipi nō credūt sed incarnationē filij dei deprauāt. ¶ Math. vij. ¶ Nolite sanctū dare canib⁹, et margaritas nō mittatis ante porcos. ¶ Christianis g̃ qui sunt in valle lachrymaꝝ constituti z qui se sub manu dei humiliant. et curāt eius volūtatem audire hanc bonā annūciationē p̄dicare debem⁹. ¶ Qui autē christianoꝝ superbiūt z voluntatē dei nō curāt audire, sz potius eligunt domi dormire: siue fabulas domi vel in plateis audire q̄z in eccl̄ia ꝓbum dei audire peiores sunt iudeis z saracenis ¶ Neq̄ talib⁹ cogimur verbū dei seminare. qui enī benedictōez noluerit elongabit⁹ ab ea. psal. cxviij. ¶ Tales autē q̄ verbū dei contemnūt graue iudictū sustinebūt ꝫm ꝓbuz christi Luce. x. Dico vobis remissi⁹ sodomis erit in die illa q̄z ciuitati illi, q⁹ sicut dicit glo. ordinaria. sodomite licz in vicijs exardebant, tamē apud illos nulli hospites erant tales quales apud iudeos ꝓphete et postea ap̄li. ¶ Loth inter eos z si iust⁹ fuit ñ tamen aliq̄d docuit. nulla signa fecit. ¶ Hoc modo graui⁹ erit iudiciū malis christiānis.

¶ Tercio aduentus filij dei mirabilis annūciat⁹ cū dicit, Ecce rex tuus. Ecce in scripturis frequēter magne annūciatōnis est nota. sicut Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet z pariet filiū. Similiter est hic. Iste ei rex q̄ venit mirabilis est sup oīes q̄ fuerūt et futuri sunt. Et ideo cū magna diligētia nos ipos p̄pare debem⁹ vt sibi in necessitate venienti reuerēter z digne occurram⁹ cū oliuis z palmis vt turbe fecerūt in die palmarū. vt dicit⁹ in euāgelio. ¶ Tunc autē ei occurrimus cū oliuis quādo veram pacē habemus ad deū et ꝓximū et cū operib⁹ miseri-

ℂ Dominica prima aduētus

cordiē. hec enī duo oliua significat. scz pacē in foliis. et misericordiā. ꝓpter oleū qđ̄ generat per qđ̄ misericordia designat. Unde in signū pacis colūba detulit ad noe in ore suo ramū oliue virentib⁹ foliis. Gene. viij. Itē debemus occurrere cū palmis. id ē cū victoria viciorū z demonū. Hā palma victoriā designat. z ex hoc martyres in signū victorie cum palma depīguīt. Et antiqui palmā tribuebāt marti q̄ est de⁹ belli. Occurramus g̃ obuiā saluatori nr̄o cum ꝺuotione et reuerētia. Amos. iiij. Prepara te in occursum dei tui. Ubi dicit Bern̄. Facilis est via. nō optet te hō maria trāsfretare. nō penetrare nubes. nō trāsalpinare necesse ē. nō grādis ostendit tibi via. vsq̄ ad temet ipm occurre deo tuo p̄ cordis cōtritionez z oris cōfessionē z opez satisfactōez. Hec de prima pte sermōis et de euāgelio dicere volui. ℍ Circa secundā ptem ē notandū q̄ in dicta auctoritate thematis cuz dicit. Ecce rex tuus venit tibi māsuet⁹ assignant q̄ttuor rōes q̄re eū suscipe debemus cum magna diligētia et reuerētia cordis et mentis. Prīo ꝓpter dignitatē. quia rex. Secundo ꝓpter ꝓprietatē q̄ tu⁹. Tercio ꝓpter vtilitatem. quia venit tibi. Quarto ꝓpter māsuetudinē q̄ māsuetus. Prīo ergo debem⁹ eū suscipe reuerēter ꝓpter dignitatē. q̄ rex. Et attēde qualis rex. certe nō q̄lis alij. imo multū differt ab oībus alijs. Hec aūt differentia ex q̄nq̄z cognoscit. In vniuersalitate. In ꝑpetuitate. In potētialitate. In p̄fectōe. In p̄mioz largitate. Prīo in vniuersalitate. q̄ iste rex est vniuersalis. s. celi z terre et īferni. z oīa ei obediūt z eū reuerēt. ad Philip. ij. Dedit ei nomē qđ̄ est sup oē nomen vt in nōie iesu oīe genu flectat celestiū terrestriū et infernoz. Sed alij sunt reges p̄ticulares q̄ solū terre. nec totius tre sed tm̄ alicui⁹ p̄tis. Secūdo in ꝑpetuitate quia rex est ꝑpetuus. Dan. vij. Ptās eius ptās eterna que nō auferet. Et Apoc. xix. Habet in vestimēto suo et i femore suo scriptū. Rex regū et dñs dñantiū. vbi dicit glo. interliniaris. In vestimēto suo. i. in hūanitate. et in femore suo. dicit glo. interliniaris vt denotet se de vera ꝓgenie prioz patruz fuisse. scriptū indelibiliter Rex regum z̄c. Uel vt dicit glo. ordinaria. In vestimēto vl̄ i cordib⁹ fideliū qui sunt vestimentū filij scriptū est rex regū z̄c. Unde z in ei⁹ natiuitate apparuit q̄ sit rex regū. et dñs dominantiū. q̄ natus est intacto sigillo virginalis pudoris. Ex quo patet q̄ natus est rex Math. ij. Ubi est q̄ nat⁹ est rex iudeorum Alij aūt fiūt reges sed nō nascūt reges. vñ nō sunt reges a natura sed a fortuna. ñ sūt reges ꝑpetui sed ad modicū tpus. vicz vsq̄ ad mortē. Tercio in potētialitate z potestate. quia ei⁹ potestas extendit simpliciter ad oīa. scz spūalia et corpalia. celestia z terrestria: et ad animā z ad corpus z ad oīa bona tam nature q̄z fortune: gratie z glorie z ad ea q̄ sunt z ad ea q̄ nō sunt. Mat. xxviij. Data est mihi oīs potestas in celo et ī terra. data scz ꝑm humanitatē. quia ꝑm diuinitatē ab eterno illam habuit. Sed potentia alioz dñoz extendit solū ad corpa. Et ideo post occisionē corpoz nō pñt facere amplius. z idcirco modicū sunt timendi Sed iste rex post occisionē corpoz potest aiam mittere in gehennā ꝑpetuo cruciādā Et ideo solū ipe est simpliciter timēd⁹. ꝑm illud Luce. xxij. et Mat. x. Nolite timere eos qui occidūt corpus z post h̄ nō habēt ampli⁹ quid faciāt. timete eū qui postq̄z occiderit habet ptātem mittere in gehennaz. Quarto in p̄fectōe q̄ in omnib⁹ simplicit ē pfectus in sciētia in virtute z breuit in oīmre. sed alij reges et dñi in nullo pfecti sunt. Et ita pfect⁹ est ille rex q̄ i nullo ꝺficere vl̄ errare pōt. Quinto in p̄mioz largitate. q̄ innūerabilia z inaudita stipendia suis militib⁹ elargit. q̄ cuilibet militi totuz regnū suum donat. Lu. xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater me⁹ regnum. qđ̄ regnū est ipe deus oē bonū cōtinēs. Oīs aūt alij reges dant p̄mia misera z caduca. Etiam alexander magn⁹ q̄ oēs alios i largitate excessit. qui diuisit regnū suū. xij. pueris suis dū adhuc viueret. pueris. s. nobilibus q̄ secū a iuuētute erant nutriti. vt patz. j. Mach. Et p̄ dñs ptātē z regnuz sil'donauit. Et q̄ hec simul oīa cum vita pdūt. ideo modicū dedit. Christ⁹ aūt ꝑpetua largit p̄mia. Ex quib⁹ oīb⁹ regis magnificentia demōstrat. ℍ Secūdo debem⁹ eum reuerenter suscipe ꝓpter coz ꝓprietatē. q̄ tuus. Est enī noster. nō est enī rex sarracenoz vel tartaroz. quia in ipm nō credūt neq̄z iudeoz. quia ipm negauerūt dicentes.

Sermo I

Regem nō habem⁹ nisi cesarē. Joban. xix. Non ꝯterreat nos potētia, qz caro nostra frater et pater noster est. Ita accidit ō xpo z nobis sicut de Joseph erga frēs suos q̄ amplexat⁹ est eos dicēs. Nolite timere. p salute eī vestra misit me de⁹ añ vos. Gene xlv. Unde Bernar. Puto q̄ christus nō poterit me despicere os ex ossibꝫ meis: z caro de carne mea. Sed q̄dam maledicti christiani dicūt sicut iudei. Non habemus regē nisi cesarē. i. diabolū q̄ cedit eos in fortitudine in aia et in corpe. Cesar enī dicit a cedendo. Ipe enī est rex sup oēs filios superbie. Job. xli. Christū autē misericordissimū et potētissimū nolūt sup se regnare. Lu. xix. Nolum⁹ hūc regnare super nos. Noster aūt rex ihesus christ⁹ missus ē nobis a deo pfe in exemplū nostre actiōis vt ipm seq̄mur in pcium nostre redēptōis. vt sibi gras agam⁹ in pmiū beate retributionis, quia ipe est tota merces nra vt ipm sup oia diligam⁹. Tercio debem⁹ ipm reuerenter suscipe ꝓpter vtilitatē nram, qz venit nobis ad nostrā vtilitatē. Tant⁹ enī et talis rex dignat⁹ est venire in carne, et tot labores sustinere z tā amarā mortē solū pro pter nostr̄ cōmodum. Venit enī nobis vt nos viuificaret, qz oēs ī peccatꝫ mortui eramus. Joh. x. Ego veni vt vitā habeāt. Venit etiā ad nos illuminādum qz ī tenebris habitabam⁹. Esa. ix. Habitantibꝫ i regione vmbre mortis lux orta est eis. Parvulus enī nat⁹ est nobis, et filī⁹ dat⁹ est nobis. Ibidē. Venit vt medic⁹ ad sanāduz quia mūd⁹ vbiq̄ iacebat egrot⁹. Ūñ medicinas salutares instituit. s. sacramenta ecclesie oēm morbū expellētia. Venit pro nobis ad soluendū z nos libertati restituēdū. Venit etiā vt de⁹ ad humanā naturā exaltandū, qz valde depssi eram⁹. Et finaliter venit vt celū nobis apiret z ī eternā beatitudinē introduceret. K Quarto debemus eū suscipe reuerēter ꝓpter ineffabilem eius māsuetudinē, quia cū sit rex celi et terre venit tñ būlis z māsuetus silis nob nullum spernēs sed oēs colligēs etiā maximos pctōres. Unde Bern̄, sup Cañ. Propter māsuetudinē que in te est dñe currim⁹ post te audientes qz nō sprevisti pctōres docēs ī synagoga, nō horruisti ꝓfitētem latronez ī cruce, nō lachrymātē peccatricē, nō chananeā supplicātem, nō in adulterio deprehēsam, nō sedentē ī thelonio, nō supplicantem publicanū in tēplo, nō te negātē discipulū petrū, nō psecutorē discipulorū ꝓpaulū, nō denicq̄ ipos crucifixores tuos. Ecce q̄nta māsuetudo est in christo, ñ vtiq̄ nūc minor q̄ tūc fuit cū esset hic in mūdo, ipse enī cōsiderat qz oēs ad peccata inclinamur nō solū ex fomite male ꝯcupiscentie, sed ex multiplici tēptatōe carnis mūdi z demōis quā nobis aduersari cōspicit, cui nihil ē occultū. Quis ergo pctōr ꝓpter vellet despare audiens tantā māsuetudinē in xpo, q̄ etiā ait Ezech. xviij. Quacūq̄ hora pctōr ingemuerit zc, certe null⁹ nisi totaliter ī malicia obstinatus. Propterea xps dñs valde diligit homines māsuetos. Judith. ix. Dūlitū z māsuetoꝝ tibi sp placuit deprecatio. Qđ attendēs dauid in ps. dicit. Memēto dñe dauid z oīs māsuetudis ei⁹. Hic q̄ habetis quatuor rōes quare dñm ihesū suscipe debemus ī suo aduēm būlit⁹ deuote z reuerenter qz rex, qz noster, qz venit ad nram vtilitatē z ꝓpter ei⁹ ineffabilē māsuetudinē. L Secundo breuit notādū in hac scda pte q̄ q̄druplex est xpi aduētus de q̄ agit⁹ p q̄ tuor dñicas in aduētu. Prim⁹ est aduent⁹ xpi in hunc mūdū siue ī carnē de q̄ agitur in hac pma dñica, ꝓpter qđ dicit zacharias vt audistis. Ecce rex tu⁹ venit tibi māsuetus zc. Scdus est aduētus xpi ad iudiciū generale de q̄ dicet in scda dñica. Tūc videbūt filiū hoīs venientē in nube cū ptāte magna z maiestate. Lu. xxi. Tercī⁹ ē aduētus xpi in morte cuiuslibet hoīs de q̄ dicet in tercia dñica, in q̄ fm Gre. agit⁹ ō aduētu christi ī limbū, p quem aduētus ei⁹ ī morte hoīs designat. Propt qđ dicit Mat. xxi. Tu es q̄ vēturus es an aliū expectamus. Quartus ē aduētus xpi ī mētes nras, de q̄ dr in q̄rta dñica si tpus aderit, ꝓpt qđ dicitur in eadē dñica ī epla. Dñs ꝓpe ē, ad philip. iiij. Est ei ꝓpe oīb⁹ inuocātibꝫ eum, z singulariter oīb⁹ q̄ nūc se pparant ad recipiēdū eū cū venerit p detestatōnem pctōr cū firmo ꝓpositō amplī⁹ illa nō admittendi. z p eis satisfaciēdi, imo nō solū ꝓpe est sz ī ianua stat z pulsat. Apocal. iij. Ego sto ad ostiū et pulso zc, vt patz supza. Cum illis el habitat delectabiliter p gram suā, z māsionem cū eis facit nō recessur⁹ nisi expellat⁹ p

ꝫsensum pctī mortal'. Et qꝛ i hodierna dñica agit de aduētu xpi i carnē de q̄ in p̄cedētibꝫ pauca audiuistis i duabꝫ ptibꝫ ꝑmōis hodierni ꝛc. ¶ Hūc cōsequēter quātū ad terciā sermōis ptē de eodē aduentu aliqua dubia ꝓponā. Prīo dubitat' q̄s sit ille rex q̄ sic nobis venit māsuet⁹ vt dictus est. Rñdet' breuiter q̄ ipe est dei fili⁹ de⁹ verus deo p̄ri ꝛ spūisctō coetern⁹ ꝛ coeq̄lis ꝛ ꝫsubstantial' creator celi ꝛ terre. ille vēit nobis mānsuetus. Nam enī videbat' diuīe bonitati ad nr̄am redemptōez mittere cherubin aut seraphin. aut vnū ex angelis. ꝫ ipe met dei fili⁹ dignat⁹ est venire vt idē eēt redemptor noster q̄ ꝛ creator noster. idē esset frater noster ꝛ pater nobis sil'is in natura. q̄ ꝛ dñs nr̄. Quāt ipe sit ver⁹ ꝛ naturalis dei filius claret ex multis vtriusq̄ testamēti sacris scripturis. Quaꝝ pauca adducaz. Et vt meli⁹ intelligant' est notādū q̄ i xp̄o sunt due nature. Una diuīa q̄ ipe est ꝛ ab eterno fuit et in eternū manebit inuariabiliter et necessario. Alia est humana quā in tpe assumpsit et quodā spēali mō sibi vnivit. nō sic q̄ diuīt̄as sit facta hūanitas sed ipa diuīa ꝑsona filij dei sic assumpsit ꝛ sic sibi vnīuit hūanitatē q̄ ipa ꝑsona diuīa ratione illi⁹ vnīōis cōcretiue dr̄ hō. Et ē aliquo mō sil'e: licz longa sil'itudo. sicut res hz in se albedinē dicit' cōcretiue alba. ꝛ habēs caliditatē dicit' calida. ꝛ sic de alijs. Nam talis res informata albedine vl' caliditate nō dicit' nec est albedo aut calor abstractiue sed cōcretiue dr̄ alba vel calida Et indues vestē nō est nec dicit' illa vestis. s. tunica vel palliū. sed tali veste indut⁹ dr̄ vestit⁹ tunicat⁹ aut palliat⁹. cuius hic sit aliqualis manuductio ꝛ sil'itudo. tū vnio ypostatica siue vnio diuīt̄atis cum hūana natura ē lōge intimior ꝛ in infinitū dissimil'. ¶ Istis ꝑmissis dicendū est q̄ ꝓdicto modo fuit possibile sibi deū vnire humanā naturam testimonio sacre scripture. Vñ Gen. iij. habet' q̄ serpēs fecit peccare ꝑmos pentes qō nō pōt intelligi de serpēte q̄ est aīal irrationale. Oportet ꝫ dici q̄ diabol⁹ in assūpta natura serpētis q̄liter cuiq̄ locut⁹ ē eue. ꝛ eā decepit. Sic etiā angeli boni q̄ de sui natura etiā sunt spūs inuisibiles sepe in assumptis hūanis corpib⁹ legunt' sctis patribus apparuisse. Et cū eis vt boies comedisse ꝛ locuti fuisse. non tamen sic angeli sibi vnīuerūt corpa sicut dei filius sibi hūanitatem. imo hec facere potuerūt ꝛc. Exēplū habem⁹ de angel' duob⁹ q̄ venerūt i sodomis ad loth hospitio recepti etiā ꝑ eum cōpulsi. q̄bus fecit conuiuiū ꝛ comederūt. Gene. xix. Sic et abrae vt patz in p̄cedenti cap̄. videlicz Gene. xviij. apparuerūt tres angeli in forma triū viroꝝ repsentātes sanctam trinitatē ꝑsonaꝝ ꝛ essentie vnitatem. q̄ abrahā illos suscipiēdo dixit ad eos. Domine si inueni grām in oculis tuis ne transeas seruū tuū. et afferam paut̄illū aque ꝛ lauent' pedes vestri. et requiescite sub arbore. Et sequit'. Dixit abraam sare. Accelera ꝛ fac subcinericios panes. Et ipe de armēto tulit vitulū optimū tenerrimū ꝛ dedit famulo ad coquendū illū: et tradidit illis tribus vna cum lacte ꝛ butiro ad comedendum. et comederūt. Sed quō corpora assumpserūt et quō cibum receperūt et an digesserint de hoc habet' in secūdo sentētiaꝝ dist'. viij. Non enī nutriunt' ꝑ cibum sicut nos nec conuert̄it' in substantiā aliti sed cibum masticant et deglutiūt. Et postea vt volunt conuert̄it' in p̄istinā naturam: vel euanescit ꝛc. Sic et Thobie. v. habet'. q̄ modo angelus raphael ambulauit cū thobia iunioze. Et illum in via duxit cum eo comedit et bibit ꝛc. Cum ergo malign⁹ spīritus poterit se vnire corpori serpētino: ꝛ ico moueri ꝛ loqui. imo in corpore assumpto apparere in multiplici dispositōe viuoꝝ et mortuoꝝ: imo ꝛ in forma christi sicut sancto Martino ꝛc. Et cū etiam boni angeli potuerūt ꝛ possunt assumere corpora ꝛ in illis apparere vt dictū est. Et auia humana que est spūs indiuisibilis ꝛ inuisibil' portat grossum corp⁹ ꝛ terrestre sibi vnitū quomodo nō posset dñs de⁹ q̄ infinite potentior est dicto modo hūanitati se vnire. cum hoc in deo nulla dicat mutabilitatez. nec implicat cōtradictionē. nec ex hoc aliq̄d indecens aut incōueniēs seq̄ potest. sed per oīa est decētissimū et ordinās: ostendens dei bonitatē: pietatē: dilectōem et misericordiā. Est tamē verum q̄ null⁹ spīritus creatus siue sit angelicus siue human⁹ potest sibi vnire aliq̄ corpus in vnitatē suppositi sicut fecit filius dei ꝛc. Ad hoc sunt multe scripture sacre. Et allegabo breuiter

vnã vel duas. Unde Ysaie, ix. dicit. Parvulus nat⁹ est nobis ⁊ filius datus est nob. Ecce humanitas christi. Et sequit. vocabitur nomen ei⁹ admirabilis: cõsiliarius: deus fortis: pater futuri seculi. Ecce diuinitas. Ipe est enĩ admirabilis, id ẽ miracula faciens: quod soli deo cõuenit. Ipe est cõsiliarius, id ẽ consilia euãgelica p̃ceptis supaddens, ⁊ oĩe bonũ cõsiliu: imo oĩez bonũ cogitatũ cordibꝫ hoĩm imittẽs. Ipe ẽ de⁹ fortis ifernũ spoliãs imo sol⁹ oipotẽs. Ipe est pater futuri seculi, qz electos ad vitam eternã admittẽs. Ipe est p̃nceps pacis interne quantũ ad celestẽ gratiaz, ⁊ pacis eterne quãtũ ad celestẽ gloriã. Judei aũt falsε exponũt illuz textũ de Ezechia rege. Et q̃ debet dici vocabit et nõ vocabit. quod nõ potest stare, vt patz ex trãslatiõe lxx. et ex translatiõe chaldaica vbi ponitur vocabit. Etiã in textu ponit. Et multiplicabit ei⁹ imperiũ. et pacis ei⁹ nõ erit finis. Hoc autem esset ridiculũ exponere de ezechia, cui⁹ regnũ fuit breuissimũ. Hecz vocatus est de⁹ ⁊c. Et itez. Ysa. vij. habetur, Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiũ, et vocabit nomen ei⁹ emanuel, id ẽ nobiscum de⁹ Et Ysa. lij. dicit. Ipe vulnerat⁹ est propt iniq̃tates nostras cui⁹ liuore sanati sum⁹. ⁊c. Et ibidem subdit. Generationẽ eius q̃s enarrabit. Item Michee. v. Ex te egredietur dux q̃ sit domiãtor in israel, id ẽ messias fm trãslatiõem chaldaicã. Et subditur ibidẽ. Et egressus ei⁹ a principio a diebus eternitatis. id ẽ emanatio psone filij est ab initio id ẽ a deo patre q̃ est principiũ a diebus eternitatis, quia hec emanatio est eterna, semp enĩ nascit filius a patre, et sp nat⁹ ẽ, sicut splendor a sole. Ita pñt allegari alie multe auctoritates, pphetaz. imo nõ est propheta quin scribat ꝺ christo dño deo ⁊ homine. Ita ĩ nouo testamẽto dare sũt auctoritates apl̃oz ⁊ euangelistaz ĩmo ⁊ infideliũ multorũ. Nam thurci fatent ex maria virgine genitũ licz nõ deũ sed maximũ propheta. Ita sunt multe sibille de ℞ scribẽtes q̃ nũc omnia breuitatis causa trãseo ⁊c. ℣ Diceret q̃s cõsequẽter, exquo christ⁹ dñs est de⁹ et hõ vt iam declaratũ est, ⁊ cũ deus sit vbiq̃, quõ tũc potuit descẽdere ꝺ celo vel de loco ad locũ venire. Rñdet breuiter fm intentionẽ magistri, di. j. iij. sniaz. ⁊ fm sanctũ Tho. in. iij. pte summe. q. lvij. ar. ij. sententialit. Primo q̃ christus in primo suo aduẽtu, id ẽ in sua incarnatiõe non descẽdit de celo fm naturã humanã. quia alias ipe prius habuisset naturã humanã in celo et adduxisset eam secũ in terrã, qꝺ ẽ hereticũ et error grauissim⁹, quia ipe de nouo cum p̃re et spũsancto formauit eam in vtero virginis marie: et sibi eam yposta tice vniuit. Secũdo dicendũ est q̃ ipe de celo descendit fm naturam diuinã, non sic q̃ prius fm diuinitatẽ fuerit solum in celo: et q̃ tunc deseruerit celũ ⁊ incepit esse inferius solum in terra. hoc enĩz absurdũ est dicere, cum ipe sit immutabilis. ⁊ ratiõe sue immensitatis sit in omni loco ⁊ in omni re p̃sentialiter: potẽtialiter ⁊ essentialiter. Sz sic est intellígendũ fm suam diuinitatẽ ipm descendisse q̃ se humiliãdo nũc nouo modo incepit esse inferi⁹: videlicz humanitati vnitus. ita vt vere dicat de⁹ ⁊ homo. Nec per hoc est min⁹ potens aut indignior factus, sed fm apostolũ ad Philipen. ij. exinaniuit semetipm, id ẽ valde se humiliauit formam serui accipiẽs: que est quasi cinis et puluis in comparatiõne deitatis et diuine maiestatis reputãdo. O quanta humilitas. Et quanta ex hoc humani generis dignitas. Dicitur enĩ deus descẽdere cum inferius nouũ effectum facit, sicut Genes. xviij. Clamor sodomorũ et gomorreoz mltiplicatus est nimis, descendam et videbo si clamorẽ qui ad me venit opere compleuerint an nõ est ita, non q̃ tũc locum mutauit sed nouũ effectũ fecit sodomitas puniendo. Et est aliquo modo simile. Sicut si p̃nceps potens in legitimã vxorem duceret filiam alicuius pauperis ignobilis ⁊ rustici, diceremꝰ eum descendisse et se inferiorasse, cum tamẽ ante et post eque sit ĩ se nobilis et potens. Ita intelligat de illo rege Jesu christo qui nobis ĩ humilitate venit mansuet⁹ et pius vt omnes illi occurramus: ipm honoremus, et hospitiũ cordis nostri ei ad inhabitandũ p̃paremus. Quod ipe concedere dignetur qui cũ patre et sancto spũ regnat vnus deus in secula benedictus. Amen.

dicit⁹ deꝰ descẽdere, cũ ñ tñ vig nouũ effectũ fuerit.

De eadem dominica Sermo secundus

Dominica prima aduentus

Hora est iã nos de somno surgere. ad Ro. xiij. In lectõe epl'ari ꝓme dñice aduẽtus audiuist in ꝓcedenti ſmõe de quatuor nũcijs p quos hortamur ad ꝓpandũ nos ad aduentũ regis maximi z potẽtissimi dñi nr̃i Iesu xp̃i. z i ꝗbꝫ ille rex differt ab alijs regibꝫ. quõ etiã ipm suscipe debemus reuerent. ꝓter eius dignitatẽ. ꝓter ꝓpietatem qz noster. ꝓter nr̃am vtilitatẽ qz venit nobis. z ꝓter ei⁹ mansuetudinẽ. et pauca de quadruplici ipius aduẽtu. Tãdẽ dubia ꝗs sit ille rex. q sit deus et hõ. quõ sibi vniuerit hũanã naturã. Et quõ descẽderit qui semp est vbiqꝫ et in oĩbꝫ rebꝫ. nec aliq̃ creatura possit esse sine deo. Hunc cõsequnt q̃ sunt nobis necessaria ad dignam ꝓpatõez p ei⁹ aduentu cõsiderare debem⁹. de q̃ dic̃ apl's vbi supra. Hora est iã nos de somno surgere. vt vicz surgam⁹ a pcatis z̃c. Pro g̃ tia Aue maria z̃c. Hora est iã nos ỏ sõno surgere. Primo dicã breuissime mẽtez apl'i in epl'a. Scõo q̃re peccatũ compatur somno. Tercio ꝗbꝫ modis hõ excitet sue excitari possit a somno pcatĩ. Quibꝫ addaz vnã vel duas dubitatões si tps arriserit.

Quãtum ad primũ notandũ q in p̃senti epl'a apl's q̃tuor facit. Prio i principio epl'e hortat nos vt surgam⁹ a somno pcatĩ z negligẽtie. et ꝓparem⁹ nos ad occurrendum obuiã regi nr̃o. Et dicit iã. nõ q differam⁹ de die in diẽ. qz nescit hõ qñ ventur⁹ est rex iste sibi in morte. Ideo z dicit apl's ad Ephe. v. Surge q̃ dormis z exurge a mortuis et illumiabit te xp̃s. Secũdo tangit apl's duas causas q̃re surgendũ ẽ z regi nr̃o obuiandũ. Prima ex ꝓpinq̃tate glorie: cũ dicit. Nũc enĩ ꝓior est nr̃a sal⁹. Se cũda ex ꝓpinq̃tate gr̃e. z hoc cũ dicit. Nox recessit dies autẽ appropinq̃bit. q. d. Prio surgere debem⁹ a somno pcatĩ. qz nũc nr̃a salus. s. ipe deus q̃ est vita eterna propior est nobis. q̃ cum primo credidim⁹ z fidẽ recepimus. q̃nto enĩ plus viuim⁹: tãto propiniores morti sum⁹. in qua christ⁹ nob bñ operãtibꝫ venit ad mercedẽ. ſm illud Apocalipſ. xxij. Ecce venio cito z merces mea mecum est reddere vnicuiqꝫ iuxta opa sua. Secũdam rationẽ ponit dicẽs. Nox precessit. sicut enĩ nox z dies sunt continua. et vnũ nõ põt appropinq̃re nisi alterũ discedat. sic culpa z gratia. in infusione enĩ g̃tie culpa expellit. ideo dixit. Nox ꝓcessit. nox ign̄ãcie culpe et infidelitatis z ignorãtie q̃bus dormiebam⁹ ꝓcessit z p dei gr̃am recessit. dies autem. i. illuminatio gr̃e appropiquauit sole iusticie mundũ irradiãte. Tercio iducit apl's volẽtes christo occurrere vt indigna ornamẽta abijciãt z digna assumãt dicens. Abijciam⁹ ḡ opera tenebraz. z̃c. Si enĩ tenebre recesserũt ergo opa illaruz debẽt recedere. id ẽ opera mala siue peccata que dicũtur tenebre. Prio qz ex tenebris ignorãtie et errores oriunt. ꝓphus. Errãt oẽs q̃ peccãt. Scõo qz tenebras q̃runt z i tenebris fiunt. Joh. iij. Omnis q̃ male agit odit lucẽ. Tercio qz in aĩa tenebras spirituales inducũt. ſm illud ps. lxxxj. Nescierũt neq̃ intellexerũt in tenebris ambulãt. Et. j. Joh. ij. Qui odit fratrẽ suũ in tenebris est. O omnipotens de⁹ quot sunt q̃ sic in tenebris ambulãt. supbi q̃ supbiam paruz vel nullũ estimãt peccatũ. cũ tñ ꝓpter supbiã tot⁹ mũd⁹ in malo positus est. z ex primo pente q̃libet in pctõ originali ad mortẽ eternã nascit z iudicat nisi sacramẽto baptismatis purificet. Quot sunt etiã auari⁹ cia ligati q̃ pctã illa valde parua iudicant p quibꝫ eternaliter damnant. eo qz nolunt de paucis ꝓmo vt deberẽt satisfacere. q̃t sunt q̃ suis fraudulentis ꝓtractibꝫ ꝓximos decipiunt. emẽdo. vendẽdo. societatẽ habẽdo. res malas et falsas aliq̃n tanq̃ bonas appreciãdo. Et quis tũc dinũerare poterit cecitatẽ luxurie. vbi raro tales attendũt piculum corpoz: rez et mĩ⁹ animaz. z sic ỏ alijs tenebris peccatoz. ire. inuidie. odij. gule. accidie z̃c. Quarto opera mala dicũtur opera tenebraz. quia in eternas tenebras ducũt Mat. xxij. Ligatis manib⁹ et pedibꝫ mittite euz i tenebras exteriores z̃c. Sed qz vt dic̃ Aug. nõ sufficit abstinere a malo nisi homo etiã faciat quod bonũ est ideo postq̃ abiecerim⁹ opa tenebrarũ debemus induere arma lucis scz virtutes: q̃ aniã ornant. et defendũt. ſm illud Ephe. vj. Induite armaturã dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Dicuntur autem virtutes arma hominis: quia defendunt hominem tam in vita q̃ etiã in morte. tã in p̃senti q̃ in futuro ab omnibus

ãnimã impugnãtibꝫ. Thob. iiij. Elemosyna ab oñi pctõ ꝛ a morte liberat ꝛ nõ patitur aiam ire ī tenebras. Quarto aplꝰ ostẽdit q̃ sint indigna ornamẽta q̃ abijcere debem⁹ ad obuiandũ regi nostro. Et sunt opera mala que nascunt ex duplici radice. s. ex cõcupiscentia carnis ꝛ ebrietatibꝫ. Et ꝫ tangit cum dicit. Nõ in comessatiõibꝫ. ꝛ ex spũali malicia. ꝛ ꝫ tangit cum dicitur. nõ ī pctẽtõe ꝛ emulatõe. Ad hãc duplicẽ radicẽ oĩa mala reducunt. ℭ Quantũ ad secundã ptem sermõis dubitat: cur peccatũ mortale somno cõparet. Ad hoc dicendũ q̃ ꝓpter plures rões hoc cõtingit quaꝝ aliquas breuiter dicã. Sicut dormiẽs nihil lucratur nec opat. sic ꝛ peccator. Sic dormiens nihil sentit corpaliter. sic nec pctõr spũaliter. Sicut res dormiẽtibꝫ apparẽtes sunt illusorie. sic ꝛ pctõribꝫ. Sicut dormiẽtes aliq̃ facilꝰ excitant: aliq̃ difficilꝰ. sic ꝛ pctõres. Sicut somnꝰ reddit hoĩem simlem bestijs: sic peccatũ. Primo q̃ peccatuꝫ cõparat somno. qꝛ sicut ille qui dormit nihil operat nec lucrat. sic hõ q̃ est in peccato mortali nihil opat meritorie. qꝛ gratia ẽ principiũ merendi remotũ. caritas ꝓximũ. vt dicit san. Thom. in scripto. iij. sentẽtiaꝝ di. xxv. Sed talis caret vtraq̃. qꝛ licet possit facere multa bona opa de genere: vt elemosynã: ieiunia: orões: disciplinas pegrinatões ꝛc. quia peccatũ mortale nõ aufert hoĩ libeꝝ arbitriũ. tñ ex illis opibꝫ nihil meret siue lucrat vite eterne. Est tñ veꝝ q̃ nõ sunt pdita ista opa bona in peccato mortali facta. qꝛ ex eis lucrat hõ bona tẽporalia. vt sanitatẽ: diuitias: honores. etiã ꝓtectionem ab inimicis ꝛ a scãdalis. imo ꝛ spiritualia bona. quia tãto citꝰ illuminat ad cognoscendũ peccata ꝛ ad detestandum ea. qõ est maximũ. Ideo qñ hõ sentit se ī peccato mortali nõ debet ꝓterea a bonis opibus desistere sed potiꝰ ea augmẽtare vt oĩ potens deus eũ custodiat et cõseruet ab inimicis: ꝛ disponat ad verã detestatõẽ peccatoꝝ suoꝝ. Nã si diabolꝰ ꝓmitteret ī peccato mortali hoĩem iugularet ne de manibus suis exiret ꝑ penitentiã. Debet ergo ex causis ꝓmissis semꝑ esse sollicitꝰ ad bona operãdũ. Est tñ verũ q̃ qñ hõ in morte venit ad cõputũ cũ christo ī iudicio particla. ri tũc ipe solũ retribuit ꝑ bonis opibꝫ factis in caritate et nõ aliis. sed de bonis opibꝫ ī pctõ mortali factis nihil retribuit. qꝛ ꝓ illis satis homini retribuit in hoc mũdo sive in vita hoĩs. Sed querit sctus Thom. ī quarto di. xv. q. j. ar. iij. vtruꝫ opa bona extra caritatem facta sint meritoria alicuius boni tpalis. Et rñdet q̃ nõ sunt meritoria de cõdigno neq̃ eterni neq̃ alicuius boni tẽporalꝫ apud deũ. Dicit enĩ Aug⁹. q̃ peccator nõ est dignꝰ pane quo vescit. Sz qꝛ diuinã bonitatẽ decet vt vbicunq̃ dispositõem inuenit pfectõem adijciat. Ideo ex merito cõgrui dicit pctõr mereri ꝑ opa bona extra caritatẽ facta aliq̃d bonũ tpale vt supra dictũ est. Et ꝑm hoc opa talia bona valent ad triplex bonũ. scz ad tempaliũ cõsecutõem. ad dispositõnem ad gram. et ad assuefactõem bonoꝝ opeꝝ. Nõ cordat domin⁹ Albert⁹ in quarto di. xiiij. et. xv. Secũdo peccatũ mortale cõparat somno: qꝛ sicut dormiẽs nullũ habz sentimẽtũ. quia nec videt nec audit: nec odorat: nec gustat nec tangit. qꝛ oĩes potẽtie sensitiue ꝛ intellectiue sunt ligate. Ita hõ in pctõ mortali totũ sentimentum reꝝ spiritualiũ pdit. licz sentiat sapores rerũ tpaliũ tamen nõ videt periculũ ī quo est ꝓpter peccatũ. nec audit deum ꝑ verã obedientiã mandatoꝝ suoꝝ. nec odorat ꝑ deuotionẽ. nec tangit ꝑ penitentiã. nec gustat ꝑ cõmunionem. De talibus scriptũ est Prouer. xxiij. Traxerũt me ꝛ ego nõ sensi: verberauerũt me et non dolui. Trahit enĩ a demone cuiꝰ seruꝰ factus est: alꝰ nõ auderet eũ trahere. ꝛ peccator ꝫ nõ sentit. qꝛ trahit in voluptatibꝫ ꝛc. Hoc figuratũ est. iiij. Regũ. vj. de militibꝫ regis syrie quos helisꝰ duxit ī samariã ꝓcutiẽs eos cecitate quos rex isrl voluit occidere. sz Helisẽus nõ ꝓmisit. Ita demon postq̃ induxit hominẽ ad peccatũ mortale statim vellet eum occidere et ducere ad infernũ. sed deus ex sua misericordia hoc non ꝓmittit. Ideo peccator ī tẽpore debz surgere a peccatis per penitentiã: et christꝰ illuminabit eum. ad Ephes. v. ℰ Tercio peccatũ mortale compat somno. quia sicut res dormientibus apparentes sunt illusorie. vt q̃ dormiens sit factus magnus domin⁹: habet ꝑciosas vestes. ꝛ cetera multa. vt q̃ inuenit thesauruz et tũc in somno gaudz Ita habẽtes delectatiõez ī pctis iudicãt q̃ [illegible]

magna ⁊ optabilia, vt diuitie voluptates: honores: que tñ sunt illusoria. Sicut ꝝ p somnū hō videt res nō sicut sunt sed sic nō sunt, ita hō talibus occupat⁹ nō videt qđ ē scz labores: timores, dolores tales ⁊ eternos sed videt tm̄ imagines rez que nō sūt quia leticia que est in diuitijs nō ē vera sed fallax. Delectatio que est in diuitijs: honoribus: et in delicijs gule et luxurie nō est vera sed fallax. Et gloria que est in dignitatibus nō est vera sed vana, qđ patet ex ꝑ: qz cū in morte pcōres a somno vite p̄sentis euigilauerint de his oībus nihil inuenient nisi cruciat⁹ ꝑpetuos. Unde Job, xxij. Diues cū dormierit nihil secū aufert, aperiet oculos suos ⁊ nihil inueniet. oc'los, s. ītellectus. Ecce qꝫ nihil inueniet diuitiaꝝ delectationū ⁊ honorū. Sed q̄d inuēiet subdit Job. Apprehendet eū quasi aq̄ inopia nocte opp̄imet eum tēpestas: tollet eū ventus vr̄ēs ⁊ auferet. ⁊ velut turbo rapiet eū de loco suo ⁊ mittet sup eū ⁊ nō parcet ⁊c. In inferno em̄ positi tātā habebūt omniū bonoꝝ inopiā quanta copia est aquaꝝ q̄ subito inuadit, etiā post mortē firmit̄ tenebit inopia dānatū vsqꝫ ineternū. Hoc idē oñdit ꝓpheta ps, xlviij. Diues cū interierit nō sumet oīa secū, neqꝫ descēdet cū eo gloria ei⁹. Quia aīa eius in vita ipius benedicet, et seq̄tur. Introibit ī ꝓgenies patrū suoꝝ vsqꝫ in eternū nō videbit lumen. Item Sap. v. Quid nobis p̄fuit superbia aut diuitiaꝝ iactātia q̄d cōtulit nobis. transierūt oīa illa tanq̄ vmbra: ⁊ tanq̄ nunci⁹ p̄currens. ¶ Quarto peccatū mortale compat̄ somno, qz sicut dormientes aliq̄ facili⁹ excitant̄, aliq̄ difficili⁹: sic et peccatores aliq̄ facili⁹ ꝙuertūt aliq̄ difficilius. Propter qđ dicit ꝓpheta Amos. j. Sup tribus sceleribꝫ gaze et sup quatuor nō cōuertam eū. Sup quo dicat Hieroñ. loq̄ns ac si bō ascēdendo per tria peccata et si quartū addiderit difficulter misericordiā consequet̄. Primū pctm̄ ſm Hieroni. est cogitasse que mala sunt. Secūdū cogitationibꝫ malis acq̄iuisse p ꝓsensum. Tertiū qđ mente ꝓcepit opere adiplere. Quartum post peccatū nō agere vel nolle agere penitentiā sed ī suo sibi cōplacere delicto. ⁊ qđ plus est se excusare in pctō, quod est peccatū in sp̄iritū sctm̄ qđ difficulter remittitur. ⁊ ideo dicit̄ irremissibile. Math. xij. Quicūq̄ dixerit verbū cōtra sp̄m sanctum nō remittet̄ ei neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro. Unde ſm Grego. iiij. moraliū. Dñs legit̄ tres mortuos suscitasse. quartū vero non: licz sibi denūciat⁹ fuerit Luce, ix. cum ille ad quē christ⁹ dixit sequere me: ait. domine p̄mitte me p̄ius sepelire patrē meum. illū mortuū licz iam esset denūciatus tm̄ n̄ resuscitauit eū sed dixit. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Ubi dicit glo. interliniar̄. id ē q̄ de corpe sine fide exierūt. Suscitauit aūt dñs tria genera mortuoꝝ. vicz filiā archisynagogi in domo. p quā significat̄ peccatū cogitatōis cū consensu ī op⁹. Filiū vidue extra portā. p quem significat̄ peccatū opis. et lazaꝝ quadriduanū p quē significat̄ peccatū cōsuetudinis. Quartum vero nō resuscitauit: quia valde difficile ē vt is quem post vsū male cōsuetudis exaduslantiū lingue suscipiūt a mentz̄ sue morte reuocet̄. de quo ⁊ bene dicit̄. Sine mortuos vt sepeliant mortuos suos. Mortui enī mortuū sepeliūt cū pcōres peccatorez fauoribꝫ p̄munt. hec Grego. ¶ Quinto peccatū mortale compatur somno, qz sicut somn⁹ reddit hominē similē bestijs p tēpore illo, qz dic̄ philosoph⁹. In dimidio tēporis. scz in quo dormim⁹ nō differim⁹ a bestijs, ita peccator ſm illud psal. Hō cuz in honore esset nō intellexit: compatus est iumentis insipiētibꝫ ⁊ similis factus est illis. Et Boeti⁹, Hoīs ista ꝓditio est vt si nosse desierit infra bestias redigat̄. Sicut ergo bestia ligat̄ et ducit̄ ad macellū, ita ligatur peccator et ducit̄ ad infernū. Unde Prouerbioꝝ. v. Funibꝫ peccatoꝝ suoꝝ quisq̄ cōstringit̄. Et Mat. xxij. Ligatis mānibꝫ et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. scz inferni, quia hic in mūdo peccator habet tenebras interiores mētis. Ex p̄missis patet quare peccatuz cōparat̄ somno. Videat ergo q̄libet ne obdormiat in peccatis sed cōuertat̄: iam nō differēdo penitentiā ad dominū. surgēdo a somno peccatorū. implorādo diuinū auxiliū vt peccata sua sibi in memoriā reducat cum vera detestatione, ſm illud psal. xij. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: ne quādo dicat inimicus meus p̄ualui aduersus eum. Debet ergo hō mane surgere

z deum laudare. in signū illius aues incipiunt valde mane cātare, z signant gall⁹ q̄ mane vigilat z nos excitat. Dū enim dies appropinq̄t galli cātare freq̄ntant et tūc viatores surgūt z ad viā se p̄parant. Sed gallicantus significat p̄dicatōnem verbi dei. Dicit enī q̄ leo timet vocē galli. Ferocior ē est leone q̄ vocē p̄dicatoris nō timet, qđ ē cōtra pigros boies in lecto hincinde se reuoluētes quādo deū deberēt laudare Unde Ambro. in li. de officijs. Quis xp̄ian⁹ nō erubescat sine psalmoz modulatōe diē trāsire, cū minutissime aues solēni decantatione quasi deuotiōe ortū diei p̄ueniunt. Et Aug⁹. Indecēs est q̄ sol iueniat xp̄ianum iacentē in lecto, qđ intellige nisi pri⁹ in nocte surrexisset z deū laudasset. Debz ē xp̄ianus cum gallū audit cātare remīsci pctōz suoz, sicut fecit apl's Petr⁹ q̄ tūc sp defleuit casū suum. Nimia enī somnolētia nocet corpi z aīe, sed mane surgere ē p salute corpis z aīe. Vigilie etiā matutinales faciunt oiōes leui⁹ z citi⁹ exaudiri. ℞m illō p̄s. v. Qm̄ ad te orabo dñe mane exaudies vocē meā. Insup dulcedinē diuīe p̄solatōnis surgētes mane recipiūt. Unde māna (qđ xp̄m signat) de mane colligebat. Exo. r. O quot dulcedies negligūt xp̄les accidiosi: quas illi q̄ mane surgūt accipiūt. Demane etiā de⁹ citi⁹ inuenit. Mā sicut q̄s de mane citi⁹ inuenit ī domo sua, sic de⁹ ī corde hominis. Nam tūc aīa p̄ter digestionē lūpiditatē aptior est ad cōtēplandū z cor ad deū erigendū antecz distrahat p diuersas in die occupatōes, Propter qđ dicit Eccl. xxix. de iusto. Tradet cor suū ad vigilādū diluculo ad dñm q̄ fecit illū. Sic christus diluculo valde surgēs egressus abijt ī locū desertū ibicz orabat. Mar. j. Sicut ergo mane aptū est oī q̄ p̄cedit occupatōnes diurnas, sic z cessantibz occupatōibz orandū est, vñ Math. xiij. christ⁹ ascēdit ī mōtem sol⁹ orare, vespe autē facto sol⁹ erat ibi Sic ergo exēplo xp̄i orandū est mane p̄pter futura, et sero p̄ter p̄terita. Et Hiero. p̄tra Iouinianū. li. j. Precepta sūt hec, duorū scz temporū maxima habenda est cura, mane scz et vespe, scz eoz que acturi sum⁹, z que gessim⁹. Et ideo orandū est mane vt futura bñ fiāt, et orandū est sero vt p̄terita male facta remittāt. Hec de secūdo

Nunc q̄stū ad tertiā partem dubitat, q̄ b⁹ modis hō a somno peccati excitari possit. Ad hoc respondet q̄ multipliciter illud fieri potest si bene hō vitā suā consideret. Excitat homo a somno p̄ terribiles allegatiōes. Suaues allegatōes et p̄missiones. Per sanctoz exēpla. Per flagella z bñficia. Per correctōem fraternā. Per sue dignitatis consideratōem. Primo p̄ terribiles allegatōes scripture sacre q̄s impossibile est falsificari in sensu in q̄ dicunt. Exemplī q̄tia. Cum p̄ponit supbo illud p̄s. xxxvj. Vidi impiū exaltatū et elevatū sicut cedros libani, et trāsiui et ecce nō erat. Et Job. xx. Si ascēderit supbia ei⁹ vsq̄z ad celum, z caput eius nubes trāsierit quasi sterq̄linium in fine p̄det. Dando ad hoc exēpla pessime mortis z casus supboz. De anthiocho q̄ paulo ante arbitrabat sidera celi cōtingere z fluctib⁹ maris imp̄are, z de⁹ ipm p̄cussit tanto fetore q̄ nemo ī toto exercitu suo p̄ fetore potuit secū p̄manere, vt habet. ij. Machabeoz. ix. Itē de herode q̄ a vermibus comest⁹ est, eo q̄ nō dedit honorē deo Actu. xij. Ita de multis alijs supbis a deo punit⁹ h̄ ī h̄ seculo. De adā a paradiso exclusō. De ꝑbaraone rege egypti in mari sub merso. De nabuchodonosoz int̄ bestias viuente et comedēte. De Dauid populū numerāte, et sic de alijs supbis. Suo modo de auaris, i psal. xxxviij. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Et psal. xlviij. Nō descēdet cū eo gloria eius. Introibit vsq̄z in progenies patrū suoz: vsq̄z in eternū nō videbit lumē. Ita z cōtra luxuriosos z gulosos Job. xxj. Ducūt in bonis dies suos z in p̄cto ad inferna descēdēt. Ita potest allegari de oībus peccatis. Propterea recordet hō nouissima sua, scz mortem: extremum iudiciū: et eternū supplicium. Eccliastici vij. Memorare nouissima tua z in eternū non peccabis. Secūdo possunt peccatores a somno peccatoz excitari p̄ suaues scripturarū allegatōnes et promissiones. Juxta illud Math. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum ꝛc. Et Apocalip. vij. Absterget deus omnē lachrymā ab oculis sanctoz, et non erit amplius neq̄z luctus: neq̄z clamor sed nec vllus dolor ꝛc. imo ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit q̄ p̄parauit

deus diligentib⁹ se.ſ.ad Thor.ij. K

Tercio pct̄or excitat a somno pcī p exempla sct̄or.q̄ hic in mūdo abiecti fuerunt et aliq̄ magni pct̄ores.z tñ pniam egerūt z amici dei facti sunt.vt dauid.petr⁹.matheus.maria magdalena.maria egiptiaca.et multi alij veteris z noui testamēti. In veteri testamēto ille magn⁹ rex manasses q̄ prophetas mltos occidit.pl'm idolatrare fecit xc.ij.paliꝑ.xxxiij. Refert etiā btūs Hieronym⁹ in vitaspatr⁹ de q̄dā maximo pct̄ore q̄ vitā turpissimā sup oēs vicinos suos duxit. Hic aliq̄n ex dei mīcordia cōpunct⁹ ad pniam reuertit.et intra sepulcrū q̄dā se concludēs suor pct̄or maculas lachrymis diluit die z nocte in faciē pstrat⁹.qui nec fuit ausus oculos in celū eleuare.neq̄ vocē ad deū emittere z nomē dei nomiare, sed in solis gemitib⁹ et fletib⁹ pdurabat tāq̄ viuus sepult⁹. Cum aūt sic trāsisset vna hebdomada venerūt nocte ad eū demōes clamātes.q̄d est q̄ agis o miser z īpurissime ac flagiciosissime:postq̄ oī īmūdicia satiat⁹ es: nūc castus z religiosus a nob⁹ vis videri z haberi.z postq̄ senuisti ī sceleribꝫ nec tibi iā sufficiūt vires ad facinora.nunc vis videri xp̄ian⁹ pudic⁹ z penitēs.vn⁹ ex nobis es.nec ali⁹ eē potes.redi magis ad nos z tp⁹ q̄ tibi supest ī voluptate pficias.p̄param⁹ enī tibi delicias:abūdantias z scorta nobilissima z alia multa.q̄b⁹ florē tue iuuētutis repare poteris.q̄d enī aliud pass⁹ es in inferno nisi q̄ tibi īfligī mō. Si aūt pene te delectāt expecta modicuz z inuenies. Cū aūt demōes hec z alia mlta sibi loq̄rent ip̄e īmobil' iacebat z eis nihil rñdit. Tūc demones ad furorē excitati ꝓberib⁹ eū cruciauerūt vt semiuiuū relinq̄rent.nec tātis cruciatib⁹ eū mouere potuerunt a loco in q̄ iacebat orādo. Altera die q̄dā ex suis hūanitatis gr̄a eū accesserunt z inuenerūt penis īcredibilib⁹ affectum.z causam intelligētes rogauerūt eū vt pateret se ad domū.priā portari z curari.sed ill̄ noluit z sic in eodē loco māsit. Tūc seq̄nti nocte demōes eū ḡuioribꝫ ꝓberib⁹ cruciauerūt.sed nec tūc a loco moueri potuit dicens sibi melī⁹ esse mortē pati q̄ vltra demonib⁹ obedire. Tercia nocte itez mltitudo demonū venit z itez maximis cruciatibus eū affecit. Cū iam corp⁹ defecisset in supplicijs nihilominus spūs obsistebat imperio demonū.q̄ demōes videtes exclamauerī voce magna.vicisti vicisti.z sic fugati velut celesti ꝓtute abscesserūt. Ip̄e aūt tantū diuīa gr̄a replet⁹ est vt oīs regio ip̄m quasi celo lapsū viderēt z vnū crederēt ex numero angelor. Et postea ml'ti q̄ desperauerūt in pct̄is ei⁹ exēplo ad pniam fuerī salutē ꝓsecuti sunt. Ecce in ꝓ pct̄ore patz q̄tū demōes nituntr̄ hoies retrahere a penitentia.pmittēdo etiā penā inferni eē tolerabilē.z tñ finaliter ꝺuicti recedere cogūtur. z si plene vincunt nunq̄ reuertunt. Et per hoc patet q⁹ null⁹ peccator q̄ntū cūq̄ etiaz magn⁹ desperare debz in pct̄is.q: sp gr̄az apud deū inuenire poterit. I Quarto excitat pct̄or a somno pct̄or p flagella z beneficia dei. De flagellis.p̄s.lxxxix. Imple facies eor ignominia et q̄rent nomē tuum dñe.z p̄s.xv. Multiplicate sunt infirmitates eor et postea acceleraueī. De bñficijs refert wilhelm⁹ de vniuerso.de q̄dā potente male vite q̄ in oīb⁹ pspabat.q̄ tandē cogitare cepit.vnde mihi tāta pspitas cū sim pct̄or.vere dñe de⁹ multitudie bñficiorum tuor tu cōclusisti me.q̄si di. Ego nō cesso peccare et te offendere.z tu nō cessas mihi bñfacere. cur ḡ meis pct̄is debeo te offendere.q̄si d.nullo mō.ideo ampli⁹ vitā meaz emēdabo.q̄ et fecit nec distulit. Quīto hō excitat p fraternā correctiōem z aliq̄n durā rep̄hēsiōem.ex hac enī causa fiūt visitationes ī monasterijs z cleri.q⁹ si honor dei in aliq̄ est ablat⁹ q⁹ repet.vel q⁹ in reformatis monasterijs cōseruet.et excessus emēdent xc. Sexto excitat p recordatōem propie dignitatis aīe sue:cogitādo ad q̄d sit a deo creat⁹.et ex nihilo ad dei imaginem.z quō illā deformauerit.z de singul' ratiōem deo facere cogat de omissis z ꝺmissis.et q̄ modo xp̄i sanguie sit redempt⁹ quē suis peccatis tā enormit offendit.q̄ tamē vltra hoc a multis piculis et a morte p̄seruauit.q̄uis omni momēto iuste eū in peccatis occidere potuit.sepi⁹ eū āmonuit.ad ostiū cordis sui pulsauit.vt p̄pato hospitio illū recipet. z miser pct̄or noluit. Ex illis ñ īmerito cor hoīs moueri z trepidare deberet. Hec igit̄ infigam⁹ cordib⁹ nr̄is z a somno pct̄or iā ꝓ sacro tpe surgam⁹.z xp̄m dñm viuentez in sua natiuitate hospitio recipiam⁹.quod

Sermo III

ipe cōcedat cū pat re et sctō spiritu benedi
ctus in secula seculoz. Amen

¶ De eadem dñica ¶ Sermo iij.

Induimī dominū

ihesū christū. ad Roma. xiij. et in epistola currēti dñice. In pre
cedenti ſmōe audistis mentē epl'e in gene
rali quare pcīm compaſ somno pctōrum.
Nūc in speciali pauca dicturꝰ sum deo au
xiliante de fine epl'e quō indui debeamus
dñm ihesū christū. Pro gratia Aue maria.

¶ Induimini dñm ihesum christū vbi supꝝ.
Circa thema ꝓmo videndū quō xps idui
possit cum nō sit vestis. Secūdo de nobi
litate ſtutū. Et an pctōr sine spēali dei au
xilio possit surgere a pctis Et tercio aliqua
dubia de xpi aduētu. ¶ Circa ꝓmuz
est notandū q vita dñi nostri ihesu xpi sctis
sima z ſtuosa quā tenuit in hac vita siue i
mūdo hoc dicit vestis in sacra scriptura.
Rō qz vestes ꝓpter duo inuēte fuerūt. vicz
ꝓpter honestatē ad coopiendū carnez. Se
cundo ꝓpter frigiditatē. Adā et eua añ pec
catū in statu innocētie nō indigebāt vesti
tu siue vestibꝰ. qz nihil erat in eis inhone
stū aut verecūdū nec īmūdū. Nec in padi
so terrestri viget frigus vt oñdit san. Tho.
in ꝓma pte sūme. q. cij. ar. ij. Sed statiz pꝰ
peccatū extq̄ ania fuit inobediēs deo. caro
fuit inobediēs aie et habuit frigꝰ et ꝓecun
diā. ideo tūc deus fecit eis tunicas pellice
as. Et quemadmodū vestis coopit corpꝰ
seu carnē. sic virtus coopit animā. qz ſm sā
ctū Tho. sup illo. Induere vestimētis gl'ie
tue hierlm. Uestes sctōz sunt ad ꝓtegen
dū calefaciendū z ornādū. z sunt alba mū
da z odorifera. Et ſm eundē sup ps. xlviij.
Uestis eccl'ie est duplex. s. doctrina vtriuſ
qz testamēti: et opa virtuosa. Ideo de ſtu
tibꝰ dicit apl's. ij. ad Thozin. v. In ꝟ gemi
scimus habitatiōem nr̄am que de celo ē su
pindui cupiētes. si tn̄ vestiti et nō nudi in
ueniamur. Sic ergo ptz quō oportet nos
esse indutos vestibꝰ virtutū. Et ꝓ hoc ptz
respōsio ad questiōz illā quō christꝰ indui
possit. et an in futuro seclo oñes erimꝰ nu
di vel vestiti. Dicendū est q boni et saluati
erūt iduti nō tali veste siue vestitu quali ꝟ
induimur. sed virtutibus sicut sol indutus
est claritate. Ideo dicit Johānes Apoca.
xvj. Beatꝰ qui vigilat et custodit vestimē
ta sua ne nudꝰ ambulet et videant turpitu
dinem eius. Ubi dicit glo. interlini. id ē q̄
sollicitus est de salute sua. et custodit inno
centiam suam in baptismo acceptam. ne
nudus. s. a virtutibus ambulet. z videant
scilicz sancti angeli turpitudinē eius. id est
peccata. Tali autem vestitu damnati erūt
nudi et horribiles nō habentes aliquam
claritatem virtutū. Cum ergo vita domini
nostri ihesu christi quā tenuit in hoc mūdo
fuerit sancta z virtuosa. intantū q̄ christꝰ
non solū dicit virtuosus sed etiā dei virtꝰ.
. j. ad Thozin. j. Nos ꝓdicamꝰ christū dei
virtutē. Persona ergo que viuit virtuose
induit christū ipm imitando in vita virtu
osa. Et ſm hunc modū dicit apl's in the
mate. Induimini dñm nostꝝ ihesum chri
stū. id est christū sequamini in sancta z vir
tuosa vita et cōuersatōe. ¶ Exemplū de
hoc nomine ihesu legit q̄ diu moratus fuit
quidā homo cū yxore sua in magna pace
et sanctitate. et illa similiter cū eo. Immisit
autē diabolus temptatōes in eos vt suspē
derent se vt sic cuaderent p̄sentes miserias.
Cū ergo vtriqꝫ ex hac improba et importu
na temptatione tristes efficerent vt nec sō
num capent nec comederent quesiuit alter
de altero causas tante tristicie. Respōdit
vir. Sup oñia haberet voluntatē magnā
suspendendi se. Mlier respondit q̄ consi
mile esset de siderū suū. Consentiētes aūt
ambo in idipm laqueos parāt vt se suspen
derēt. Tūc mulier dixit viro suo. O domi
ne cōsulerem vt ꝓius biberemꝰ amozem
iohannis mutuo de illo optimo vino no
stro quod p̄ciosuz seruauimꝰ de illa vinea
nostra de quo nōdum gustauimus nesci
mus quale adhuc. vt potati leuius moria
mur. Placuit viro. affert vinum. Qō cuz
vellet bibere sicut cōsueuerat signauit vi
num cum signo crucis dicens. In nomīe
ihesu christi bibamus. z bibit dedit qꝫ muli
eri. Cum autem bibissent vinum cruce si
gnatum ita fugit diabolus q̄ omnis tem
ptatio de tota mente eozum tolleretur. vt
hoc quod facere cogitauerī noluerūt post
ea adiplere. sz ꝓtin ad ꝓfessiōem cōfugie
runt z vitam in bono finierūt. ¶ Item
exemplum aliud. Fuit quidam homo pꝰ
q̄ h ac cōsuetudinē habuit q̄ quotiescūqꝫ sibi

diabolus ingerebat aliquā tēptatōem: iuit ad locū orōis ⁊ iuocauit cū dicēs, O dulcis iesu miserere mei ⁊ adiuua me, ⁊ ptinue diabol⁹ discessit ab eo. Et sc̄ audiuit vn⁹ sanctus pater q̄ demō dicebat q̄ ip̄i diaboli maxime repellerent ab hoc noīe iesus. Itē sciendū ℔ nomē iesus multiplicē ꝓfert homini gr̄am, primo q̄cūq; hō petierit in nomine iesu ℔ obtinebit. Joh. xv. Quicq̄d petieritis p̄em in noīe meo dabit vobis. Unō oēs misse et orōes ⁊ hore canonice cōcludunt hoc noīe iesu. Uidem⁹ enī q̄ pauperes petūt in noīe sc̄ti Nicolai vel alicuius sancti, ⁊ q̄nq; obtinēt q̄ petūt. Unde hodie petere debem⁹ in ℔ noīe iesu remissiōz oīm pctōz nostroz. Un̄ Act. x. Huic omnes ꝓphete testimoniū ꝓhibēt remissionez omniū pctōz accipe p nomen ei⁹. Ergo p phetis crede, nec despera ī oīb⁹ pctis tuis etiā si tot essent q̄t sunt capilli capitis tui. ps. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei. Uel si essent tot q̄ numer⁹ arene maris excederēt. ij. Paral. vl. Manasses. Peccauit sup numerū arene maris. Si ergo multū, ⁊ grauit peccasti nō despera sz dic, Propt̄ nomen tuū ꝓpiciaberis pctō meo multū ē enī. Itē q̄uis ℔ verbū induimī sit passiuū tn̄ habet post se accusatiuū ꝓformē sue significatōi siue ip̄m verbū q̄ ad significatū specificantē, sic ⁊ ante ℔ apls dicit, Induamur arma lucis, ⁊ tantū de p̄mo. ℔ Quātū ad scōm, ex quo apls dicit, Induimī dominū nostr⁹ iesum christū: qō speciali⁹ expressit dicēs. Induamur arma lucis, ibidez id ē virtutes q̄ ornāt aiam, vt in die, s. nativitatis xp̄i honeste ambulem⁹, et p ℔ xp̄m induamus. Pro quo est notādū q̄ ī oīmibus dei creaturis nihil meli⁹ ⁊ nobili⁹ inuenitur ꝓtutib⁹, vn̄ tā nobile est virtus q̄ oēs tā in celo q̄z in terra tā angeli q̄z sc̄ti nō valent remunerare sufficiēter oīb⁹ gaudijs suis virtutē hois sed sol⁹ de⁹. Un̄ Aug. d. civi. dei. li. xij. c. ij. Principiū ꝓtutis ē ip̄e de⁹ q̄ ꝓtutē dedit. Et li. xxij. c. xxiij. Uirt⁹ ē dono dei, et ideo ab eo impetrat a q̄ solo dari potest. Hec dicit in sn̄ia. Un̄ Macrobius. Sole ꝓtutes faciūt hoīem beatū. Et ℔ nō solū in futuro sz etiā in p̄senti. Sm illō p uer. Qui tenuerit eā btūs. Et ℔ dico de ꝓtute formata charitate, sine q̄ nulla dici pt vere virtus. Hoc nesciūt ceci pctōres, q̄ vt dicit p̄s. xlij. beatū dixerūt populū cui hec sunt, s. promptuaria plena ⁊c. Sed beatus popul⁹ cui⁹ dñs deus eius. Ideo dic hieronimus in quadam epla. Oēs ꝓtutes sibi coherent vt q̄ vna caruerit oīb⁹ careat, qui ergo vnā habz oēs habz, q⁹ si vnā habet verā virtutē tūc est formata charitate, ⁊ p ꝓseqns oēs habet, q⁹ q̄ caritatē habet oēs virtutes ifusas hz. theologicales. cardinales. dona sp̄ūsc̄ti ⁊c. Ex his ptz quāte nobilitatis sit virtus. ¶ Sed di. quis an pctōr p aliquā ꝓtutē acq̄sitā possit p se et sine sp̄ali dī auxilio surgere a pctis. Respōdet q̄ nō. Exemplū habem⁹ ī elephante. Un̄ dicit Auicēna in libro de aīalibus q̄ elephas est maximū aīalū inter q̄drupedia, ⁊ venatores volētes capere elephātes tali vtunt ingenio. Nam obseruāt arborē cui adherere cōsuevit q̄n vult q̄escere, non enī iacet, q⁹ ꝓp̄ grāditudinē corpis surgere neq̄t q̄n sternit in terrā. Et iō icidūt arborem illā in aliq̄ pte nō totaliter. Sicq̄z elephas putās arborē fortē ⁊ integrā illuc se appodiat que ꝓpter grauitatē corpis frāgit ⁊ sic elephas cadit cū arbore in terrā. Et sētiens casum suū clamat barritu suo intātū q̄ alij elephātes audiētes occurrūt. ⁊ miro mō se inclinātes eū erigūt q̄ p se surgere nō poterat. Sp̄ūaliter p arborē incisam debilē intelligit mūd⁹ q̄ faciliter ruit. cui si hō acq̄escit volēs ī ip̄o q̄escere cū eo cadit. Quia vt dicit Gre, q̄ labēti inniti necesse ē vt cū labēte labat. Sed q̄d debet facere hō qui cecidit in pctm̄ ⁊ p se surgere nō pōt, certe dz clamare ad deū p orōes ⁊ pctōr⁹ detestatōem cū ꝓposito firmo ulla ꝓxitēdi ⁊ amplius nō faciendi, tūc de⁹ audiens cōtritōis barritū ⁊ sacerdos audiēs vocē ꝓfessiōis, vnō p se surgere nō potat erigit: de⁹ indulgēdo ⁊ sacerdos absoluēdo. De ℔ clamore figurā habem⁹ Luce, xvij. de decē leprosis q̄ clamauerūt de lōge Jesu p̄ceptor miserere nostri ⁊ mūdati sunt, ⁊ precepto xp̄i iuerūt et ostēderūt se sacerdoti. Sic̄, p seipz pōt hō cadere in foueā sed nō sine alioz auxilio inde exire. Ideo casus pctōris in pctm̄ pōt cōparari tribus rebus. Primo elephāti vt dictū est. Et hoc bene ptinet ad supbos qui more elephātis nō inflectunt. Et iō quādo cadūt nō resurgūt nisi p merita alioz adiuuent. Secōo casus pctōris assimilat vitro

fracto qđ vlteri⁹ reintegrari nō pōt. Et ħ p tinet ad auaros q̄ amādo terrā efficiūt terra. Unde Aug. Talis est vnusq̄sq; qualis dilectio sua. si terrā diligis terra es. si deus diligis de⁹ es. nō q̄dem p naturā sed p grām. Et ideo si tales frāguntur nūc; vlteri⁹ p se reintegrāt. Ulñ ps. ix. Tanc; vas figuli cōfringes eos. Intantū enī cōfringūt q̄ in eis nec bon⁹ affectus parui desiderij: nec modicū aq̄ lachrymax inuenit. Tercio cō parat pisci in aq̄ q̄ p seipm sagenā intrare potest. sed p seipm exire nō pt. Et ħ bñ conuenit luxuriosis q̄ sunt in aq̄s deliciax vbi sunt mlti laquei et sagene. Eccles. vij. Inueni amariorē morte mulierē q̄ laqus venatox est. et sagena cor ei⁹. vincula sūt manus ei⁹. q̄ placet deo effugiet eā. q̄ aūt peccator est capiet ab illa. ℣ Nunc q̄stuz ad terciā ptē ſmōis dicā aliq̄ dubia occurrentia tps aduent⁹ christi. Primo dubitatur vtr; christ⁹ dñs cgruo tpe sit incarnatus. et q̄re nō a principio generis hūani. vl quare nō distulit vsq; in finē mūdi. Q aūt debuit a pncipio icarnari pt sic ostēdi. qz incarnatio est op⁹ qđ pcedit ex īmēsitate diuine caritatis. ſm illud apli ad Epheſ. ij. Deus q̄ diues est in miſicordia. ppt nimiaz caritatē suā q̄ dilexit nos cū essem⁹ mortui pctis cuiuificauit nos ī christo. sed caritas nō tardat subuenire amico necessitatē patienti. ſm illud puer. iij. Ne dicas amico tuo vade et reuertere et cras dabo tibi cū statiz possis dare. ergo de⁹ nō debuit differre opus incarnatōis sz statim a pncipio debuit incarnari. plures enī fuissent saluati si a pncipio generis hūani fuisset incarnatus. plīmi enī ignorātes deū in suis peccatz pierūt in diuersis seculis ꝛc. Ad hanc dubitationem rñdet q̄ christ⁹ dñs cgruo tpe fuit incarnat⁹. vicz in tpe plenitudis ſm illđ apli ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tēporz misit de⁹ filiū suū factum ex mlīere. factum sub lege vt eos q̄ sub lege erant redimeret. Ubi dicit glo. ordinaria. Plenitudo tpis. i. postq̄ totū spaciū illđ fuit adimpletū quo lex durare debuit tūc misit de⁹ filiū suū. Et glo. interli. dicit. plenitudo tpis qz ī eo plene spūssancti dona dant. Hoc aūt tps fuit a pncipio sexte etatis mūdi. qz sicut de⁹ a pncipio hominē creauit sexta die. ita eū redimere venerat in sexta etate. Hoc aūt fuit tpus bñplaciti sui. ſm illđ Esa. xlix. In tpe bñplaciti exaudiui te. hoc ē in die incarnatōis. et in die salutis auxiliat⁹ sum tui. ħ est in die passiōis. Illđ aūt tps ſm aplm vbi supra fuit decretū a tota trinitate. p būana redemptōe. Et dicit tēpus grē qz a tpo recepit exordiū. Joh. j. Gratia et ꝟitas p iesum christū facta ē. Glo. Gratia sup naturā. veritas supra figurā facta ē p iesum christum. Sed q̄re nō a pncipio hūani generis fuit incarnat⁹ dicit sctūs Tho. in tercia parte sūme. q. j. ar. v. q̄ cū opus incarnatōis principaliter ordinet ad reparatōem būane nature nō fuit ꝓueniēs a principio hūani generis ante pctm. deū incarnatū fuisse. Nō ei datur medicina nisi iā infirmis. Mat. ix. Nō est opus valentibz medic⁹ sed male habentibz. Non enī veni vocare iustos sz peccatores. Cōsequēter dicēdū q̄ nec statiz post peccatū fuit cōueniēs deū incarnari. pter quattuor causas q̄s allegat san. Tho. ibiđ. Primo. pter conditōem hūani pctī qđ ex superbia. pcnerat. Ulñ eo mō erat hō liberādus vt būiliat⁹ recognosceret gūitatem pctī sui et ex. prijs viribz nō posse resurgere aut. p pctō satisfacere sed liberatore indigere Ulñ sup illo ad Gal. iij. Ordiata p angelos ī manu mediatoris dicit glo. Cōsilio factū est vt post hoīs lapsū nō ilico filius dei mitteret. relict enī de⁹ pmo hoīem in libra te arbitrij in lege naturali vt sic vires nature sue cognosceret. vbi cū deficeret legē accipet. qua data inualuit morbz nō legis sz nature vicio. vt ita cognita sua infirmitate clamaret ad medicū et gtie q̄reret auxilium Secūdo. ppt ordinē promotōis ad bonū ſm quē ab impfecto ad pfectū pcedit. ſm illđ apli. j. ad Thoi. xv. Nō pri⁹ qđ spūale ē sz qđ aiale. deinde qđ spūale. Prim⁹ homo de terra terren⁹. Secūs hō de celo celestis. Tercio. pter dignitatē ꝟbi icarnati. qz supra illo ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tēporis dicit glo. Quāto maior iudex veniebat tanto pconū series lōgior pcedere debebat. ac si dicere vellet. Quāto dignior et potētior est pnceps venturus tāto plures habet pcursores suū aduentū nūciātes. Ita christ⁹ habuit pmo angelos. postea pria chas. tādem ꝓphetas ꝛc. Quarto ne feruor fidei tpis plixitate tepesceret. qz citra finem mūdi refrigescet caritas multoz. Cū enim

nūc christ⁹ venerit in sexta etate mūdi et p q̄nq; milia annoꝝ z ducētos annos pcter vnū distulit icarnari. z tot mala sūt in mū do q̄d fuisset factū si a p̄ncipio generis hūa ni vel post pctm̄ fuisset incarnat⁹, certe val de pauca vl'gsi nulla fuisset fides de incar natōe xp̄i. Scim⁹ z audim⁹ ex actib⁹ ap'lo rum q; in p̄mitiua eccl'ia valde magna erat deuotio fideliū et q̄tidie cōicabant, postea refrigescēte charitate ter i anno erāt obliga ti etiā sani. Tandē ad h̄ venit vt sel' i anno sani sūt ad eucharistie pceptōnem astricti. Et heu multis in suis pctis cecatis etiā il lud tps anni est nimis breue, q̄d g̃ factum fuisset si xp̄s a p̄cipio statim incarnat⁹ fu isset. Sed ad ratōem supra motā a p̄ncipio dubitatōis q; a p̄ncipio debuit icarna ri, qz caritas nō tardat subuēire amico. Re spōdet sctūs Tho, q; caritas ñ differt ami co subuenire salua tñ negocioꝝ oportuni tate z psonaꝝ cōditione. Si enī medic⁹ sta tim a p̄ncipio egritudis medicinā daret in firmo minus p̄ficeret vel magis lederet q̄s iuuaret. Et ideo etiā dñs nō statim hūano generi incarnatōis remediū exhibuit ne il lud cōtemneret ex supbia si p̄us infirmita tē suā nō cognosceret. Sed qđ supra obie ctū fuit pl'es fuissent saluati si a p̄ncipio ge neris hūani incarnat⁹ fuisset. Dicit sanct⁹ Tho, in sūma q; xp̄s dñs nouit qñ maior salutis occasio daret, z iō tali tpe diffinito a tota trinitate incarnat⁹ fuit. ¶ Sz q̄re nō totalit̄ ad finē mūdi distulit icarna ri, z sic fuisset vn⁹ aduēt⁹ christi i hūanita te et ad iudiciū. Rñdet sctūs Tho, i tercia pte sūme, q. j. ar. vj, q; sicut nō fuit p̄ueniēs deū incarnari a p̄ncipio mūdi, ita nō fuit p̄ueniēs q; incarnatio differret ad finē mū di. Prīo ex vnōe diuīe z hūane nature, qz p incarnatōem ꝑbi dei natura hūana ē p̄ducta ad summā pfectōem, sed ipm ꝑbū i carnatū est pfectiōis hūane causa efficiēs, sm illud Joh. j. De plenitudie el⁹ oēs acce pimus. Ideo incarnatōis op⁹ nō debuit i finē mūdi differri. Secūdo ex effectu hu mane salutis, vt ꝺr in libro de q̄stionib⁹ ve teris z noui testamēti. In ptāte dant⁹ ē q̄ñ vel q̄ntū velit misereri. Venit g̃ de⁹ q̄ñ q̄ri z subuēiri sciuit z gratū esse futuꝝ bñficiū. Cū enī ab initio hūani generis esset cogni tio dei inter oēs et mozes ꝯmutarent⁹ elegit Abrahā in quo forma esset renouate noti cie dei z moꝝ, postea p moysen legē i lr̄is dedit. Et qz eā gentes ꝑceuerūt nō se subij cientes ei, neq; hi q̄ acceperūt ꝑuauert, mo tus mīsericordia dñs misit filiū suuz q̄ data oīb⁹ remissiōe peccatoꝝ deo patri illos iu stificatos offerret. Si aūt hoc remediū dif ferret in finē mūdi totalit̄ dei noticia z re uerētia z moꝝ abolita fuisset i terris. Ter cio hoc fuit cōueniēs ad manifestatōem di uine virtutis que pluri⁹ modis hoīes sal uauit nō solū p̄ fidē futuri sed etiā p̄sentis z p̄teriti. Nam añ incarnatōez p̄es salua ti sunt p fidē mediatoris futuri in vita chri sti nūc incarnati p fidē p̄sentis q̄ cū hoīb⁹ cōuersatus ē zc. Sed post ei⁹ in celū ascē sionē p fidē p̄teriti. Si autē icarnari distu lisset in finē mūdi z tūc oēs saluādi et salua ti solū p fidem futuri saluari debuissent. Et plurimi de ei⁹ aduentu desperassent. Et fi naliter in sexta mūdi etate venit. z nō ante nec postea vt ꝑba legis z ꝓphetaꝝ de ipso scpta adūplerent⁹. ¶ Secūdo dubi tat̄ q̄re fuit necessariū deū incarnari. Sic enī solo verbo fecit totū mūdum z hoiem ad imaginē suā ita solo verbo potuit eū re dimere. Ad hoc dicendū est sm Aug. de nō respicit qđ possit facere sz qđ deceat ip sum facere, z qđ sit ꝑueniēs rōi z nature re Et sm h̄ ꝑueniēs fuit filiū incarnari multi plicī rōe vt ptz in seq̄ntib⁹: vicz Ratōe ma nifestatōis diuine mīsericordie. Ratōe iuste satisfactōis. Rōe sūme cōmunicatōis. Ra tione desiderij natural'. Ratōe cōpassiōis. Rōe repletōis. Ratōe cōpletionis. Prī mo ratōe manifestatōis diuīe mīsericordie. Nā ante aduentū filij de⁹ manifestauerat valde iusticiā suā z nō sic mīsericordiā. Naz vsq; tūc in toto mūdo iusticia dei regnabat Quod ptz quātū ad omnē locū, ad omnē populū, z ad omnē psonā. Quātū ad oēm locū patet. qz iusticia regnabat in celo vn de iecti sūt angeli. In aere vbi, iecti sunt demones. In paradiso vnde iect⁹ est hō In mūdo vbi factū est diluuium. in limbo vbi detin ebant⁹ patres p peccato p̄mi pa rētis, in purgatorio vbi purgabātur iusti. i Inferno vbi tormētabant⁹ dānati. z sic non regnabat alicubi nisi i celo, sm illud psal. xxxv. Dñe in celo mīsericordia tua. Secun do patet q̄ntū ad omnē populū. Nam ipo

pulo gentili magnas iusticias exercuit de⁹ z multis pestilẽtijs ipm tradidit, vt ptz in pharaone z exercitu ei⁹ q̃ oẽs submersi sẽ in mari rubro, Exodi, xiiij. Itẽ in exercitu sennacherib de quo angel⁹ dñi vna nocte mil' interfecit centũ octoginta q̃nq̃ milia virorz. vt patet Esa, xxxvij. Sed q̃ maior pestilentia q̃z eẽ sub ptãte demonũ et idol' immolare. quod ppls gentil' ante aduẽtũ xpi faciebat. In populo etiã dei iusticias magnas, s. iudaico inter mlta bñficia exercuit deus. Nam vt habet Nũe. j. sexcẽta tria milia q̃ngenti z q̃nq̃ginta q̃ egressi sunt de egipto pstrati sunt in deserto serpẽtibꝫ igne z peste cõsumpti, et solũ duo ex illis terraz pmissiõis intrauerũt. vicz Josue z caleph Proide traditi sẽ pl'es plenevsqz ad ꝓsuma tõz i man⁹ inimicorz. Tercõ h̃ pz q̃stũ ad oẽz psonã, nã ñ valebat fides. qz abrahã fidel' z oẽs pñarche ad inferos descẽderũt. Nõ lex vl' pphetia, qz moyses z pphete illuc ibãt Nõ dignitas sacerdotal' vel regal'. qz aarõ z dauid et oẽs sacerdotes illuc descẽderũt. Non sapiẽtia vel fortitudo. qz salomon et samson z oẽs sapiẽtes et fortes ad inferos sunt ꝺtracti. Nõ sctitas vl' iusticia. qz Job Thobias Judith z Hester etiã Johãnes baptista z oẽs iusti illuc ibant. Job, xxiij. Ubi ꝓstituta est dom⁹ oi viuenti. At vbi venit plenitudo tpis, s. incarnatõis filij dei misit deus filiũ suũ i sil'itudinẽ carnis peccati, cũ sacco gre et misicordie pleno q̃bus totã terrã repleuit, fm illud ps. cxviij. Misericordia dñi plena est terra. q̃ maxime in incarnatõe filij dei demõstrata est q̃ apparet in celo, qđ ab oĩbꝫ possidet, in terra q̃ illuminata et sctificata est p̃sentia saluatoris. in inferno q̃ fuit euacuat⁹. in oĩ ppl'o et in oĩ psona. qz q̃cũq̃z volũt possunt celũ intrare et saluari, fm illud apli, j. ad Thimo. ij. Qui vult oẽs hoies saluos fieri. Misericordia ergo regnat sup oĩa opera dei, fm illõ psal. cxliij. Miserationes ei⁹ sup oĩa opera ei⁹ J Rõe iuste satisfactõis, nã p cõmunem bũane nature qđ i oẽs trãsit fuit q̃druplici infinitũ. Primo qz ꝺ infinitũ bonuz cõmissum. Secdo qz infinitis bonis nos p uauit, s. iusticia originali et statu innocẽtie z gratia et gl'ia dei. Tercio qz infinitos in fecit et ifecit, pter qđ oẽs nascimur filij ire ad Epb. ij. Eram⁹ natura filij ire. Quarto qz infinitis malis nos addixit. Job, xiiij. Homo nat⁹ ẽ ml'iere z, et sequit, repletur multis miserijs. Cũ g̃ deus sit iustissim⁹ et nihil impunitũ relinq̃t, et nõ possit ad ordinem reduci nisi p satisfactõem ꝺdignã optuit q̃ aliqs satisfaceret cui⁹ meritũ esset infinitũ et q̃ esset supra totã naturã, sicut peccatũ totã naturã corrupat. Null⁹ autẽ purus hõ potest esse meriti infiniti nec sup̃ totam naturã, imo oẽs sunt meriti finiti z infra naturã, z ideo oportuit q̃ talis esset de⁹ Ne⁹ aũt nõ peccauit sed hõ, z ideo vt fieret iusta satisfactio oportuit q̃ esset de⁹ et hõ simul, deus q̃ posset z hõ q̃ deberet. Et ideo optuit filiũ ꝺ ei icarnari vt i natura humana iuste p homĩe satisfaceret, in q̃ apparuit maxima caritas dei, qz cũ i tota natura nullus inueniret q̃ posset satisfacere voluit filiũ suũ assumere carnẽ vt p homĩe satisfaceret fm illud Joh. iij. Sic de⁹ dilexit mũdum vt filiũ suũ vnigenitũ daret vt oĩs q̃ credit in eũ nõ peat sed habeat vitã eternam. Nã in natura diuina pati nõ potuit, ergo ꝺbuit assumere hũanitatẽ in qua pateretur et sic vt de⁹ z hõ satisfaceret. Tercio rõne 3. Ratione sumpte comunicationis sũme cõmũicatõis. Bonũ enim vt dic̃ Dionysi⁹ est suũpi⁹ cõmunicatiuũ, et q̃sto melius est tãto magis se cõmũicat. vt patet in sole q̃ oĩa corpalia in luce excedit, z ideo magis se ꝺmũicat. Cũ g̃ de⁹ sit sũmũ bonũ sũme se nobis debuit cõmũicare. Sũme aũt cõmũicatõis modus fuit p incarnationis mysterũ. Ita aq̃la auis nobilissima se ꝺmũicat alijs auibꝫ in preda quam capit. Quarto rõe desiderij natural'. Naturale ei⁹ 4 ratione desiderij naturalis desiderũ hois est eẽ beatũ, nec aliq̃d natura patit esse frustra. qz demõstraret imperfectõem auctoris nature, qđ est ipossibile. hõ autẽ naturaliter desiderat esse btũs. Beatitudo aũt hois cõsistit in deitatis cognitõe et hũanitatis christi, fm illud Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscãt te vez deũ z. Ergo ad cõplemẽtũ z pfectionẽ btitudinis in qua sola desiderũ hois naturale pficit z quiescit debuit de⁹ incarnari. Hec desiderabãt sancti pñarche z pphete veteris testamẽti i quoz psona dic̃ Esa. lxiij. c. Utinam dirũpes celos z descẽderes. Quinto 5. Compassionis rõe cõpassionis: vt cõpati posset his q̃ tẽptant z affligunt, vt dicit apls ad Heb. iij. Nobis aũt cõpati in natura diuina nõ po-

terat. Et ideo naturā hūanā decuit ipm assumere in q̄ his q̄ temptāt cōpatere⁊ miserīcos fieret. Nō aūt pena ⁊ afflictio bene cognoscit nisi p expientiā. Et iō assumpsit carnē vt penas nr̄as expiret⁊ p ꝓsequens nobis cōpateret⁊ misericors fieret vt patet ad Hebr. ij. Sexto rōe repletōis. Sicut ei nec frustra aliq̄d ita nec vacuū aliq̄d cōsistere pōt i natura. Manifestū est aūt q̄ de mones de celo cadēdo māsiōes eor̄ vacue remāserūt q̄ p solū meritū filij dei fuerunt hoīb⁹ p̄parate. Joh. xiij. In domo patr̄ mei māsiones mlte sunt. s. vacue. si q̄ min⁹ dixissem vobis q⁊ vado parare vob locū. Decuit q̄ filiū dei incarnari vt i carne assumpta mererē nobis illā⁊ māsionū adeptionē. ⁊ sic replerent. Et iō dicūt theologi q̄ tantū durabit mūd⁹ admin⁹ donec ille mansiōes ab hoīb⁹ repleant. q̄uis Gregori⁹ aliter dicat. s. q̄ tantū durabit mūd⁹ donec ibi sint hoīes i equali nūero angelorū. Septimo rōe cōpletiōis. vt. s. oīs modus ꝓductiōis hoīs cōpleret. Nam p̄mus hō ꝓduct⁹ fuit sine patre ⁊ mr̄e. s. adam. Secund⁹. s. eua ꝓductus fuit ex p̄re ⁊ sine matre. oēs alij ex p̄re ⁊ mr̄e. Restabat aūt q̄rt⁹ mod⁹ vt q̄s ꝓduceret ex matre sine patre: quo ꝓdūt x̄ps in esse. ⁊ in hac q̄rta generatōe filij dei in terrā suā. s. i hierusalē celestē p christi meritū redirēt. Sicut i figura dē dixit abrahe Genē. xv. Generatōne q̄rta reuertēt popul⁹ me⁹ huc. Ad ꝓpositū de q̄rto modo hoīem ꝓducēdi. ¶ Tercio dubitāt exquo opa trinitatis ad extra sunt indiuisa. cui⁹ ratio est. q⁊ cū opatio ꝓcedit ab essentia fm p̄hm. ⁊ vna sit eēntia in trinitate diuīa optet q⁊ in ea sit vna opatio. q̄re ḡ filiꝰ dicit incarnat⁹ ⁊ nō pater nec spiritussctūs. Ad ꝟ rñdet vt dicit Aug. q⁊ tota trinitas opata est incarnatōez et omnia hūana christi opa dicit fecisse. sed q⁊ i trinitate est relatio realis siue distinctio realis cōstituens siue distinguens realit̄ psonas diuinas. ideo psone diuīe sunt distincte realit̄ ab inuicē ⁊ vna nō est alia. q⁊ pater nō est filiꝰ nec spūssctūs. ⁊ aliq̄d cōpetit vni q̄d nō cōpetit alteri. sicut generatio cōpetit patri ⁊ nō filio nec spūisancto. et ꝓcessio cōpetit spiritussctō et nō patri vel filio. ⁊ gigni eternaliter et incarnari tpaliter cōpetit filio ⁊ non patri vel spūisctō. Et ad ꝟ intelligendū dā tur duo exēpla. Unū ꝓ laicis in p̄dicatōe ⁊ aliud ꝓ clericis i fmōe. Exemplū ꝓ laicis est scptura alicui⁹ carte. scripturā eni alicuius carte opantia sunt cor̄ imagiatio ⁊ manus. q⁊ cū oīs mot⁹ sit a corde. man⁹ non pt scribere nisi moueat a corde. Similiter si imaginatio nō imaginaret differentias corpor̄ literar̄ nunq̄ man⁹ scriberet. ó manu manifestū est. Et tñ q̄uis hec tria opantia sunt scpturā. tñ sola man⁹ dicit scribere et nō cor vel imaginatio. Sic est in ꝓposito. q⁊ q̄uis tota trinitas sit incarnatiōnē opata ⁊ alia opa hūana x̄pi tñ sol⁹ filiꝰ dei fuit incarnat⁹ mortu⁹ ⁊ sepultus: surrexit ⁊ ascēdit in celū. Exemplū ē q̄tū ad clericos in syllogismo. et dicat sic. Dis hō hz aiam. petrus ē hō. ḡ petrus habz aniam. manifestū est q⁊ hāc ꝓclusionē petr⁹ habz aiaz fec volūtas memoria et intellect⁹ siue ratio. q⁊ si volūtas noluisset syllogizare p̄dicta ꝓclusio nō esset habita. ⁊ si mēoria nō retinuisz p̄missas nō effecissent ꝓclusionē. ⁊ si rō nō syllogizasset nō haberet cōclusio. et tñ q̄uis hec tria operent ꝓclusionē tñ sola ratō dicit syllogizare. Sille est in trinitate circa incarnationē filij dei. q⁊ incarnatio solo filio cōpetit ⁊ nō patri vel spūisctō. Qđ sic ó clarat. ꝓ incarnatōem eni filiꝰ dei fact⁹ ē filius virginis. sed de rōe filij est q⁊ generet ⁊ nascat ⁊ habeat patrē ⁊ mr̄em qđ nō competit pr̄i nec spūisctō sed solo filio. Et ideo filiꝰ dei eternalit̄ genit⁹ a patre cepit in tpe habere mr̄em ⁊ ex ea nasci. Et q⁊ oīa q̄ ad rōem filiatōis ptinēt ei cōpetūt ⁊ nō pr̄i vl spūisancto. iō sol⁹ ipe debuit incarnari vt idem esset filiꝰ pr̄is in eternitate fm diuinitatem ⁊ filiꝰ marie virginis mr̄is in tēpe fm hūanitatē. Itez filiꝰ dei est dei virtus ⁊ dei sapiētia oīa ordinās et oīa pficiēs. j. Thoi. j. Si ergo pr̄ venisset in mūdū ad docēdū hoīes ⁊ ad patiendū ꝓ eis ⁊ filiꝰ māsisset i celo ad gaudēdū fuisset valde vitupoliz filio. Et ideo decens fuit vt filiꝰ vēiret i mūdū ad pficiendū oīa ⁊ ad ordinādū tanq̄ dei virtus ⁊ dei sapiētia. vt sicut de⁹ pr̄ per ipm fecerat hoiem. sic ꝓ ipm reparet siue redimeret hoiem. Spūisctō aūt nullo mō incarnari cōpetebat. q⁊ ipe hz a carnalibꝫ ad celestia eleuare. Ezech. viij. Et eleuauit me spūs int̄ celū ⁊ terrā. Uñ si ipe fuisz mitt⁹ carni et carnalibꝫ fecisset ꝑ naturā spūs. et

ideo nō decebat ipm incarnarī. Adhuc alia rōem assignat san. Tho. in tercia parte sūme. q. iij. ar. viij. dicēs. Nō congruētie ac cipi pōt ex pcto ꝑmi pentis cui p incarnationē remediū adhibet. peccauit ei ꝑm. hō appetēdo scientiā. vt ptz ex ꝓbis serpētis p mittentis hoi sciam boni et mali. Jō conueniēs fuit vt p verbū vere sapie hō reduceret in deū q̄ p inordiatū appetitū scie recesserat a deo. Magister vero in. iij. sniaz di. j. dicit. Sol⁹ nāq̄ filius hoiem assumpsit. vt de⁹ q̄ in sapia sua mūdū cōdiderat (sm illud. Oia in sapia fecisti dñe q̄ in celis sunt z q̄ in terris) restauraret in eodē. Dicit etiā mgr vbi supra. q̄ filius missus est et nō pater. qz congruenti⁹ mitti debebat q̄ ē ab alio q̄ q̄ est a nullo. et sic subdit. vt q̄ erat in diuinitate dei filij in hūanitate fieret hoīs filius. non pater vel spūsctūs carnē induit nec alius in diuitate filij esset. et alius filius in hūanitate. et ne idem esset ꝑ et filius si de⁹ pater de hoie nasceret. Hec sufficiūt ad ꝑsens ō tercia dubitatō.

¶ Dubitaī q̄rto ex q̄ ostēsum est ex p̄missis q̄ tota trinitas opata est incarnatōez filij dei q̄re cōceptio xp̄i poti⁹ attribuit spūsctō q̄z p̄ri aut filio. Ad hoc rñdet Henric⁹ de firmaria q̄ intentio deno ĩat opatōem. xp̄s aūt hac intētōne et opatōe carnē assumpsit vt miseris z afflictis subueniret. Et qz bonitas z mīficordia attribuī spūsctō. ideo de spūsctō ꝯcept⁹ ē. vt p hoc excludant carnales cōmixtiones. vñ canit. Nō ex virili semīe sz mystico spiramine verbū dei factū est caro fructusq̄z vētris flozuit. Alia exēpla q̄ sol⁹ filius incarnat⁹ est q̄uis tota trinitas opata sit incarnatiōem. Vñ Aug. in de fide ad petz ponit tale exemplū. Si tres puelle tenerēt vnā tunicā et vna ex illis indueret tūc illa indutio fieret a trib⁹ puellis z solū vna illaz indueret. Ali⁹ q̄dā doctoz ponit tale exemplū. Si tres. s. andreas petr⁹ et iob̄es sil'a gerēt rubricādo andreā rubricatio andree fieret ab his trib⁹ z tñ sol⁹ andreas rubricaret zc.

Ex oīb⁹ iā z in p̄cedentibus ſmōib⁹ dictis de xp̄i incarnatōe habemus q̄ post incarnatōem xp̄i magis debemus eē solliciti ad ſuādū hūanā naturam mūdam a pcto q̄z ante. qz ante incarnatōz erat vna rō q̄re mūda debuit ſuari humana natura. qz creata fuit ad imaginē z sili-

tudinē dei. Si enī imago btē virgis munda seruaī quā pictoz fecit q̄nto magis imago dei ī aīa. Ad hoc ꝓpo post incarnatōez sunt adhuc alie due cause. Una qz p̄iūcta ē humanitas diuīitati in vna ꝑsona. et ꝫ inseparabiliter qz nūq̄z sepabunt. Si igīt cruci xp̄i in q̄ ad modicū tps pependit debet honoz singularis. multo magis hūanitati siue humane nature deferēd⁹ ē. Alia cā qz mundicia hūane nature sanguīe christi cōpata est Apoca. j. Qui dilexit nos z lauit nos a pctis nostris ī sanguīe suo. Multū diligēter ſuāda est mūdicia ista quā xp̄s tā care emit. Implorem⁹ filiū dei incarnatum ad nos redimendū vt nos dirigat ī oī vita nostra vt fructū sue redēptōis ꝯsequam⁹ amē

¶ Dñica secūda ī aduentu dñi ¶ Ser. iij

dicit in pedib⁹. ℔ est ī vltimo regno. ferreis
z fictilib⁹. ℔ est in partib⁹ fortib⁹ et debilib⁹
z cōminuit eos scz pedes. tūc ꝓtrita z cōmi
nuta sunt pariť cū pedib⁹. scz ferrū tybiarū
id est regnū romanoꝝ. z testa pedū. i. omia
regna debilia q̄ ꝓcesserūt ab eo. Et es. i. re
gnū grecoꝝ. z argentū pectoris z brachio
rū. id est regnū medoꝝ atq̄ persaꝝ. et aurū
capitis. i. regnū caldeoꝝ: z oīa ad nihilum
redacta sunt. vt nō possint ad pristinā redi
re dignitatē. Sed qñ erit. certe qñ cōtritis
oñib⁹ regnis z ad nihilū redactis. lapis. i.
chr̄ist⁹ fact⁹ est mons magn⁹ dignitate: po
testate z gr̄a. Uel iō fact⁹ est mons magn⁹
Glosa interli. vt manifestaret regnis soluz
deū esse colendū. Et ita breuiter ꝑ ferruz et
testā: es: argentū z aurū intelligunť q̄ttuor
regna p̄dicta. vicz ꝑ ferrū z testā regnuz ro
manoꝝ: z cetera regna debilia ex eo ꝓcedē
tia. per es regnū grecoꝝ. per argentum re
gnū medoꝝ z persaꝝ. z ꝑ aurū regnuz cal
deoꝝ. que oīa ad nihilū redacta sunt. quia
in cōparatiōe regni x̄pi nihil sunt. cui⁹ po
testati oīa sunt subiecta. Ecce ptz iā quō
die natiuitaťz in terra factū est mirabile dū
templū paciť rome corruit. Etiā q̄ tunc vi
nea engadi floruit z fructum balsami ꝓdu
xit. Itē de pomis ꝑpe Babenbergā. vbi ar
bores due erāt q̄ nocte natiuitatis diu flo
ruerūt z poma ꝓduxerūt. q̄ mane sūt reper
ta. Et audiui adhuc vnaz ex istis esse infra
paucos annos me viuēte. plures etiā vide
runt illa tē. Tercio apparuerūt mirabilia
in natiuitate x̄pi in aīalib⁹ brutis siue irra
tionabilib⁹ de boue z asino. q̄ vt dicit Bo
nauēntura postq̄z maria pepit z puer in p̄se
pio recīnauit. mox bos z asin⁹ genuflexe
rūt z eū adorauerunt saltē suo modo. i. sibi
bonorē impenderūt. Isido. etiā hispalen⁹. i
quodā sermone de natiuitate dicit q̄ ĩstan
te x̄pi natiuitate aīalia fari voce hūana nō
dubitanť. Hā bos in roma. z agn⁹ in egy
pto locuti sunt humana voce. Deo enī hec
oīa z maiora possibilia sunt. sīc legiť Nu
me. xxij. q̄ asina balaam locuta fuit. Quar
to in homib⁹. q: gaudiū pastoribz ꝑ angē
los nunciatū est. vt ptz in themate. Simi
liter de trib⁹ regib⁹. Et moys pctōrib⁹. q: xo
domitis. Uñ sicut dicit Hiero. sup illud.
lux orta est eis Esa. ix. q̄ in nocte natiuita
tis dñi in mūdo tanta lux fuit. q̄ oēs xodo
mie vicio laborātes extinxit. qđ deꝰ ideo fe
cit vt oīes eradicaret vt in natura quā aſ
sumpsit tanta īmūdicia de cetero nō inue
niret. O deꝰ vtinā nūc eēt finis hui⁹ mali
nep̄bandissimi. sed heu timeo adhuc mul
ti ℔ vicio laborāt nō tm̄ extra mr̄imoniuz
sed z in mr̄imonio. q̄ si vere ꝑpenderēt q̄n
tum detestaret paruul⁹ iesus hodie natus
hoc malū. nō solū illud fugerent: sed zvt in
fernū z vltimū supplicīū refugerēt. Un̄ di
cit Aug⁹. Uidens deꝰ illud viciū i huma
na natura cōtra naturā fieri fere desīt in
carnari. Quīto in angelis bonis canētib⁹
cū pastoribz Gloria ī excelsis: z cū Maria
letantib⁹. qđ p̄i⁹ a seculo nunq̄z est auditū
sīl̄i modo letari angelos. Ecce q̄z admira
bilis est natiuitas Jesu. Sexto natiuitas
chr̄isti mirabiliť oñdiť i demonib⁹ destruē
endo idola. quia ea nocte idola corruerūt
iuxta vaticiniū Hieremie z Esa. xix. dicit.
Et mouebunť simulacra egypti. vbi dicit
Glosa Hiero. Ingressus dñs egyptū hu
ius mūdi statum oīa simulacra cōmota sūt
ꝑ totū mundū ad insinuādū q̄ ille nat⁹ es
set ꝑ cui⁹ aduentū z p̄dicationē suā z apl̄o
rū oīs idolatrie cult⁹ destruēdus eēt. Ex
his g̃ mirabilib⁹ merito oīes fideles spiri
tuali iocūditate hodie debēt letari cū ange
lis vt nō sint minores creaturis irr̄ōnabili
bus q̄ hodie letate sunt modo suo. vt in p̄
missis intelleχist⁹. Nunc p̄nt dici dubia q̄
in p̄cedenti sermōe sūt scpta circa lr̄as. N
O. ꝑ. si p̄i⁹ dicta nō fuissent. D Du
bitať nūc ꝓ tercia parte sermonis vbi par
uulus iesus sit nat⁹ z nutriť. z q̄re in beth
leem tē. Ad hanc q̄stionē siue dubitatiōez
dicēdū ē q̄ paruulus iesus hodie nat⁹ ē in
bethleem in diuersorio: z positꝰ in p̄sepio.
q: nō erat loc⁹. s. alter in diuersorio. Luc. j.
Ita enī canit eccl̄ia. O regē celi cui talia fa
mulanť obsequia. stabulo poniť q̄ cōtinet
mundū. iacet in p̄sepio z ī nubibus tonat.
Sed ad maiorē intellectū hui⁹ q̄stiōis est
notandū q̄ x̄ps dñs p̄ncipaliť et specialiť
sibi elegit q̄ttuor ciuitates. scz Nazareth.
Bethleem. Hierusalē z Romā. Nā in na
zareth cōcipi voluit. In bethleem nasci vo
luit. In hierlm pati voluit. Et in roma ca
put eccl̄ie statuit. Hec autē x̄ps fecit ꝓpter
plures rōnes. scz ꝓpter exprimēdā humilia
tionē. extirpandā ambitionē. ad implendā

ꝓmissionē, verificādā interꝓtatōnē, diffundendā sui cognitionē, ꝓmo eni xp̄s i nazareth voluit concipi ⁊ nutriri, ⁊ in hierlm pati, ꝓpter ei⁹ humiliationē exp̄rimēdā ⁊ extirpandā in nobis elationē. Nā supbi homines de ꝫ p̄cipue gloriant⁹ q̄ de ciuitatibus nobilib⁹ ducunt originē in q̄bus volunt p̄cipue honorari, ⁊ verecundant⁹ maxime dehonorari. Christ⁹ aūt vt suā humilitatē ostēderet ⁊ istoꝝ supbiā ⁊ inanē gloriā extirparet ⁊ cōfutaret ꝓtrariū fecit, q̄ i ciuitate parua ⁊ ignobili sicut nazareth voluit cōcipi ⁊ nutriri Joh. j. A nazareth (q̄si despectiue loquens) pōt aliquid boni esse. Et sunt ꝟba Nathanael ad Philippū dicentē sibi, Inuenim⁹ iesum filiū Joseph a nazareth. In hierlm aūt noluit nasci ꝫ ob ꝓbriū pati, eo q̄ ciuitas hierlm erat nobilis scz ciuitas regal' ⁊ sacerdotalis. Sil'r noluit nasci in Roma. Cui⁹ ratio est, q̄z sicut dicit in q̄dā ſmone Ephesini concilij. si maximā romā elegisset ciuitatē ꝓpter potentiā ciuiū mutationē orbis terraꝝ putarent, si fili⁹ fuisset impatoris p̄tāi vtilitatē ascriberent, sed vt būilitas christi oñderet ⁊ diuinitas cognosceret orbē transformasse terrarū, paupculā elegit mr̄em, pauperiorē ciuitatē: ⁊ ignobiliorē patriā. Nā vt dicit apl's. j. ad Corinth. j. que infirma mūdi sunt elegit de⁹ vt ꝓfundat fortia, ⁊ ignobilia mūdi ⁊ ꝓtēptibilia elegit deus: ⁊ ea q̄ nō sunt vt ea q̄ sunt destrueret, vt nō glorietur oīs caro in ꝓspectu ei⁹. Scōo xp̄s voluit in Bethleem nasci ꝓpter tres rōnes. Prīa est ꝓpter implēdā ꝓmissionē, vt scz ꝓphetia Michee. v. adimpleret⁹ q̄ ꝓphetauit dicēs. Et tu bethleem eufrata: ex te egredie⁹ q̄ sit dñator in israel. Et vt sil'r ꝓmissio facta dauid ex loco natiuitatis xp̄i. ij. Reg. xvij. impleta ostēderet⁹ vbi dr. Dixit vir cui ꝓstitutū est de xp̄o dei iacob egregius psaltes israel. Spūs dñi locut⁹ est p me: ⁊ ſmo eius p linguā meā dixit de⁹ israel. Dixit locutus ē fort⁹ israel. dñator hoīm iust⁹ ⁊c. quē passum exponit Nico. de lyra, q̄ incarnationis mysteriū ipi dauid fuit reuelatuz, q̄ christus de suo semīe esset nascitur⁹: ⁊ p eū mūdus saluādus. sicut dauid a psecutōib⁹ inimicorū suorū fuerat virtute diuina saluatus. Ūñ dicit in textu, dixit vir. i. dauid cui cōstitutū est. i. firmiter ꝓmissuz de christo dei Jacob. i. de xp̄o quē iacob spūsancto inspirat⁹ p̄dixit venturū ad salutē hominū, ſm illud Hen. xlix. Nō auferet⁹ sceptrū de iuda et dux de femore ei⁹ donec veniat q̄ mittēdus est, cetera patēt vbi supra in ꝓphetia dauid. Scōa rō est ꝓpter verificandā interꝓtatōnē, sic dicit Grego. in moral'. Bethleem dom⁹ panis interꝓtat'. Ipe aūt xp̄s ait, Ego sum panis viu⁹ q̄ de celo descendi. Joh. vj. Tercia rō est ꝓpter mystica significationē, q̄z vt Grego. dicit p humanitatē quā assumpserat q̄si in alieno nascebat⁹ nō ſm potestatē sed ſm naturaz. Et vt dicit Beda p hoc q̄ō in diuersorio loco eget vt nob mr̄as mansiones i domo p̄ris sui ꝓpararet. ℟ Tercio elegit xp̄s hierusalē vt ibi patere⁹. Et ꝫ dupliciratione. Prima est vt in ea ꝓpter sui nobilitatē sedē regni cōstrueret: ⁊ templū dei ibi edificaret Et sic hierlm esset simul ciuitas regal' ⁊ sacerdotalis. Sacerdotiū aūt xp̄i ⁊ regnum ip̄i⁹ p̄cipue cōsūmatū est in ei⁹ passione. Et ideo scōa rō q̄re xp̄s elegit hierlm est ꝓpter eius mortē. Nā in ciuitate tam nobili scz regali ⁊ sacerdotali xp̄s voluit et elegit mortis pati obꝓbriū, tum ꝓpter regni et sacerdotij eius cōpletiōem, tū ꝓpter sui humiliationē ⁊ nostrā eruditionē vt patz supra. ℒ Quarto christ⁹ elegit Romā. Ūñ ipam romā que caput orbis erat statuit caput eccl'ie sue, tum in signū ꝓfecte victorie. tum vt exinde fides deriuare⁹ ⁊ diffundere tur ad vniuersuz mūdū. Ut sicut prius roma erat caput idolatrie, ita postea esset caput fidei catholice, tum vt sua ptās magꝭ ostendere⁹. ⁊ sic ipe xp̄s magis agnosceret⁹ ſm illud Esa. xxvj. Ciuitatē sublimē humiliabit ⁊ cōculcabit eā pes paupis, i. christi, et gressus egenoꝝ, i. apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli Nec beat⁹ Thomas in. iij. par. summe. q. xxxv. ar. vij. Sic ḡ ptz respōsio ad q̄stionē supra mota. vbi paruul⁹ iesus sit ꝓceptus. vbi nat⁹, vbi passus, ⁊ vbi caput eccl'ie sue statuit. ℒ Dubitat⁹ scōo q̄re christus dñs poti⁹ nasci voluit i nocte q̄z in die. Et quare poti⁹ die dñico q̄z alio die. Ad ꝫ dicendū est q̄ xp̄s dñs nasci voluit in nocte ꝓpter q̄nq̄ ratiōes. q̄z mūdi tenebras illuminare veniebat. q̄z deitatē tunc occultare volebat. quia predare diabolū venerat. q̄z ad penā et laborē nat⁹ est. quia nob p hoc

In natiuitate domini

exemplū dedit vt hoīm laudes fugiamus. Prima qz mūdi tenebras illumīare veniebat Esa.ix. Popul⁹ q̄ ambulabat in tenebris vidit lucē magnā ⁊c. Scōa qz deitatem tūc occultare volebat, ſm illud Esaie xlv. Vere tu es de⁹ absc̄o dit⁹. Et j. ad Corinth̄. ij. Si enī cognouissent: deū gl'e nunq̄ crucifixissent. Tercia qz p̄dare diabolū venerat, ſm illud Esa. viij. Uoca nomen ei⁹, accelera spolia detrahe, festina prędari q̄ sunt ꝓba p̄is ad filiū dicentis. Accelera spolia, i. velociter spolia, i. hoīes captiuos detrahe a diabolo, et cito p̄dare diabolus id est p̄dā quā violent' diabol⁹ rapuit ⁊ iniuste: ei diripe, nec ad ß faciēdū angelos vl' ꝓphas mittes, sz tu ipe descēde, p quā figurā l'p̄figuratiōnē noīs īsinuat q̄l' sit futur⁹ q̄ ꝓphetat de ꝙgine nasciturus vt dicat' p̄ accelera, s. in ingressu, spolia detrahe, i. homines captiuos, s. in ingressu, festina p̄dari aīas q̄s diabolus iniuste rapuit in egressu, ſm illud apl'i ad Coloſ. ij. Expoliās ꝓncipatus ⁊ ptātes traduxit ꝓfident' palā triumphās illos in semetipo. Quarta rō q̄re xp̄s nasci voluit in nocte, qz ad penā et laborē tpaliter nat⁹ ē. Ubi nota tres noctes scz pcī pene tpalis ⁊ pene gehēnalis, sz p̄ma ⁊ vltimā xp̄s nesciuit, mediā tū assumpsit. Uñ ꝙgrue media nocte nat⁹ est ſm illud Sapie. xviij. Dū quietū silentiū ꝙtinerent oīa ⁊ nox in suo cursu mediū iter b̄ret. omp̄s sermo tu⁹ dñe exiliens de celo a regalib⁹ sedib⁹ venit, qđ ⁊ eccl'ia decantat dicens. Dū mediū silētiū tenerēt oīa ⁊c. Uñica infra natiuitatē dñi. Quīta rō, qz nobis p ß exemplū dedit q̄ nō ostētemur: sed laudes hoīm fugiam⁹. Uñ Bern̄. Tu q̄ xp̄m seq̄ris inuentū absc̄ōditū thesaurum amanesciri, laudet te os alienū, os tuum sileat. Hec de ꝓma parte illi⁹ dubitatōis.

Scōo dicēdū est ꝓncipaliter ad scōam partē eiusdē q̄re pot⁹ die dñico nasci voluit q̄ alio die. Qđ ideo fecit vt eo die quo lux tpalis ꝓmaria radijs suis mūdo diem ꝓtulit, eodem die lux vera ⁊ eterna obtenebratū diē gratie reformaret. Hoc est tantū dicere, q̄ sic̄ a ꝓncipio mūdi ꝓma dies creatiōis mūdi fuit dñica, in q̄ creauit lucē q̄m appellauit diē ⁊ tenebras noctē Genes. j. et postea adā creat⁹ ⁊ ī paradisū locat⁹ cecidit a luce gr'e ī tenebras noct̄, ita eodē die q̄ lux creata fuit tpalis oriret lux etna xp̄s dñs q̄ tenebras pctō⁹ expelleret ⁊ sua p̄sentia lucē gr'e illustrari faceret, ſm illud apl'i. ad Coz. iiij. De⁹ q̄ dixit de tenebr̄ lucem splendescere illuxit coꝛdib⁹ nr̄is ad illuminationē sc̄ie dei in facie iesu xp̄i. Q̄ autem die dñico de⁹ lucē creauit, patz Gen. j. vbi dr q̄ ꝓma die eaz creauit. Et hec erat dies dñica, qz sex diebꝫ omia creauit ⁊ formauit de⁹, ⁊ septimo die q̄euit q̄ erat dies sabbati ⁊c. Scōa rō q̄re die dñica nasci voluit, qz ea die nasci voluit q̄ israelitico ꝓp'lo mana in deserto pluit, vt patz Exod. xvj. Ita ⁊ eodē die ver⁹ panis de celo descēdens nobis apparare p suā natiuitatē voluit, ſm illud Joh. vj. Ego sum panis viu⁹ q̄ de celo descēdi ⁊c. O Sed adhuc di. q̄s. q̄re in hyeme nasci voluit, dū aspitas hyemis est maioꝛ ⁊ dies crescit: et nō in estate, Rūr q̄ iō qz xp̄s nō delectabilitatē estat⁊ sz asperitatē hyemis elegit ad natiuitatez, vt ex ß carnis afflictōib⁹ pateret ꝙ salute nr̄a qz frigidos calefacere veniebat. Uñ Ber̄. Elegit tp̄s qđ molest⁹ erat paruulo ⁊ pauperras mr̄is filio, qz vix p̄nos habuit ad inuoluēduz. p̄sepe ad reclinādū. Et nūc cū tanta eēt necessitas nullā audeo fieri pelliū mentionē. nec ē tale iudiciū mundi, aut iste fallit, aut mūdus errat: sz impossibile ē diuinā falli sapiam, Elegit vtiq̄ qđ carni molestius est: vtili⁹ ⁊ meli⁹. Et q̄ docet vel suadet aliud ab eo tanq̄ a seductore cauēduz est. Scōo dicendū q̄ xp̄s dñs nō soluz in hyeme nasci voluit, sed ⁊ tūc cū lux diei scz lux solaris augeri incipit vt oñderet ꝙ ipe q̄ est lux vera veniebat ⁊ oēs crederēt in lucē diuinā, ſm illud Luc. j. Illumīare his q̄ in tenebr̄ ⁊ vmbra mort̄ sedēt. Et ī hac luce ꝓficerent vsq̄ ad sctm̄ diē eterne gl'e. Et Joh. j. Erat lux ꝓa q̄ illumīat oēm hoīem venientē in hūc mōm. Tercio dicēdū est q̄ xp̄s nasci voluit tpe pac⁊ in vniuerso mūdo Uñ Uiero. sup Esaiā sic ait, Ueteres reuoluam⁹ hīstorias: ⁊ iueniem⁹ tpe pac⁊ fortissimāde vsq̄ ad xxviij. ānū cesar⁊ Augusti, in toto orbe terraꝝ discordiā esse ortaz. Orto aūt dño bella oīa cessauerūt. ſm illud Esa. ij. Nō leuabit gens ꝓtra gentē gladiū, nec exercebūt vltra ad p̄liū, ad oñdēdū q̄ xp̄s ideo nasci voluit vt filios q̄ erāt dispsi congregaret in vnū, vt eēt vnus pastoꝛ et vnū

ouile Joh.x. Hã añ natiuitatez xpi p qn⁹ decim ãnos maria fuit pax ĩ toto orbe. ad ostendẽdũ etiã q̃ ille nat⁹ esset q̃ est pax nostra faciens vtraq; vnum, vt dicit apls ad Ephes.ij. Implorem⁹ g̃ paruulum hodie natũ vt sua natiuitate nos illumiet, q̃tenus vere defect⁹ z pctã nr̃a cognoscam⁹ z dete stemur. Et tandẽ p⁹ hãc vitã ꝑpetuis gaudijs z delicijs illũ ꝓtẽplemur. Amen.

¶ Dñica infra natiuitatẽ christi.

Sermo XI.

Erãt pater et mater ieſu mirãtes ſup his q̃ dicebantur de illo Lu.ij. In die natal' ſaluatoris nr̃i audiſt⁹ de triplici ei⁹ natiuitate Et q̃re tres misse dicant eodẽ die. Postea de gaudio q̃ ãgelus cuãgelizauit ſiue annũciauit paſtoribꝫ. Q̃ gaudiuz in genere fuit triplex. ſ. angelorũ ſupnaturale, ꝑginis mr̃is ſingl'are: z creaturaꝝ generale. Et de q̃libet illoꝝ in ſpeciali, plura etiã tũc miracula in celo: in elemẽtis: in bruť: in hoĩb⁹: in angelis bonis z mal'. Quare etiã paruulus ieſus ꝓcept⁹ ſit in Nazareth, in Bethleem nat⁹. in Hier'lm paſſus. z ĩ Roma caput eccl'ie ꝓſtituit. Quare nat⁹ ſit in nocte z nõ in die. q̃re in hyeme creſcẽte die z non in eſtate ꝛc̃. Hodie ꝙ in euãgelio eccleſia oñdit nobis q̃ntũ mirati ſunt pr̃ z mr̃ ieſu vicz ioſeph z maria. Et ex q̃bꝫ cauſis. quia multa audiuerũt dicere de puero Jeſu iuxta thema. Pro gr̃a Aue ma. ¶ Erant pr̃ z mr̃ ieſu mirãtes ꝛc̃ vbi ſup. Primo dicat⁹ text⁹ euãgelij. z q̃ tpe factũ fuerit Scõo declarabit⁹ intẽtio totius euãgelij in q̃tuor puncts. q̃bꝫ dicent⁹ plures doctrie. Tercio ponent⁹ aliq̃ dubitatiões p clariori intellectu precedentiũ. ¶ Text⁹ euangelij.

In il.t. Erant pr̃ z mr̃ ieſu mirãtes ſup his q̃ dicebant⁹ de illo Et bñdixit illis ſymeon Et dixit ad mariã mr̃em ei⁹. Ecce poſitus eſt hic in ruinã z in reſurrectionẽ multorũ in iſrl'. Et in ſignũ cui cõtradicet⁹. Et tuam ipſi⁹ aiam ꝑtrãſibit gladi⁹ vt reuelentur ex multis cordibꝫ cogitatiões. Et erat Anna ꝓphetiſſa filia phanuel de tribu aſer. hec ꝑ annis ſeptẽ a ꝑginitate ſua. Et hec vidua tẽplo ieiunijs z obſecratoĩbꝫ ſeruiẽs nocte z die. Et hec ipa hora ſupueniẽs cõfitebat dño: z loq̃bat⁹ de illo oĩbꝫ q̃ expectabãt redemptionẽ iſrl'. Et vt pfecerũt oĩa ſm legez dñi reuerſi ſunt i galileã in ciuitatẽ ſuaz nazareth. Puer aũt creſcebat et ꝓfortabatur plen⁹ ſapia. Et gr̃a dei erat ĩ illo. Luce.ij.

A Ex q̃ circa initiũ euãgelij dr̃ in illo tpe. Diceret q̃s. q̃ tpe facta eſt hiſtoria hui⁹ euãgelij. Et dicẽdũ eſt breuit' q̃ poſtq̃ xp̃s nat⁹ eſt: circũciſus: a magis adorat⁹ z in tẽplũ ꝓſentat⁹, ibiq; a ſymeõe z anna ꝓphetice ſaluat⁹ mõi annũciat⁹ vicz in die purificatiõis beate ꝑginis, tũc ioſeph et maria mirabañt de oĩbꝫ illis q̃ facta fuerãt de puero ieſu ꝓcepto z nato. Hã tunc ieſus erat xl. dieꝝ. Multa ei mirabilia ſunt dicta z facta circa xp̃i natiuitatẽ in celo z in tra. vt audiſtis ĩ feſto natiuitat' xp̃i, ꝓpter q̃ regio tota cõcutit' z omẽs in admiratiõnẽ ducunt'. Et q̃d mirũ ſi alij in admiratiõnẽ ducunt'. cũ ioſeph z maria mr̃ ei⁹ q̃ de ipo pfectã ſidez habebãt: z ſciebãt ipm filiũ dei eſſe de ſpũſctõ ꝓceptũ z natũ ex ea. de his q̃ dicebañt de illo mirabañt. de q̃ dicit pñs euãgeliũ. Quãtũ g̃ ad ſcõm eſt notãdũ q̃ ĩ hodierno euãgelio ꝓncipaliť q̃ttuor ꝓtinent'.

B Primo ioſeph z marie admiratio in ꝓncipio euãgelij. Scõo ſymeonis z anne ꝓphetatio, ibi, Et bñdixit illis ſymeon. Tercio marie z ioſeph ad ꝓpria remeatio cũ ieſu, ibi, Et vt pfecerũt oĩa ſm legez dñi reuerſi ſunt in galileã ciuitatẽ ſuã. Quarto xp̃i ꝑfect⁹ z ꝓfortatio, ibi, Puer aũt creſcebat ꝛc̃. Circa ꝓmũ de admiratõe parentuz notãdũ q̃ ꝓgrue ioſeph z maria mirabãt. Hã miratio ꝓtingit de his q̃ ſupꝝ vſitatum curſuz nature fiũt: z ſupꝝ naturã exiſtũt. q̃rũ cauſas ignorã⁹, q̃ vocant mirabilia. Multa aũt talia ĩ xp̃i ꝓceptiõe z natiuitate cõtigerũt ꝓpter q̃ ioſeph z ꝑgo maria nõ ĩmerito mirabañt. Vñ dicit Orige. Cõgregem⁹ in vnũ q̃ dicta z facta ſũt in xp̃i ꝓceptiõe z natiuitate: z videbim⁹ ĩnũera mirabilia. ꝓpter q̃ tot⁹ mũd⁹ obſtupeſcere dz ac etiaz mirari. De q̃bꝫ mirabilibꝫ admirãdis pauca dicã. ſ. ea q̃ habenť ex euãgeľ. q̃bꝫ et alia pauca addã. Pro ꝓpter ſalutatiõem angelicã factã marie ꝑ angelũ z ꝓpꝝ inauditaz Lu.j. Scõo ꝓpter filij ꝓceptiõem ad ſolum ꝑbũ ꝑginis marie cũ dixit, fiat mihi ſm ꝑbũ tuũ, ibidẽ, q̃ maria diuinit⁹ inſpirata

cognouit vt in aduẽtu dñi audistis. Tercio ꝓpter exultationem iohis ī vtero elyzabeth ad pñtiã ꝙginis gl'ose, vt habeť Lu.i. Quarto ꝓpter mirabilẽ xpi natiuitatez sine ve z dolore partꝰ ꝑmanẽte integritate ꝙginitatť. Quito ꝓpter pastorũ manifestationẽ ꝑ angl'os eis factã de xpi natiuitate, vt ptz Lu.ij. Sexto ꝓpter triũ regũ adoratiõnẽ et oblatiõnẽ a longeveniẽtiũ ad iesũ. Mat.ij Septimo ꝓpť symeonis z anne in tẽplo ꝑ phetationẽ, vt dicẽ euãgeliũ hodiernũ. Hã ꝓpter hec merito mirabanť ioseph z maria mť iesu. Vñ bñ dicere potuit ꝙgo maria. Fecit mihi dñs magã. qz potẽs est z sanctũ nomẽ eiꝰ Lu.i. vbi dicit Bẽť. potuit dicere, magnũ est q ꝙgo sum, magnũ q vtrũqz sit ꝙgo z mť sum. Et subdit. Cũ virgo maria inspexit filiũ q̃lit̃ q̃so mirari nõ potuit, potuit revera ãmirando dicere. O dilecte mi puer q̃s es, es q̃dẽ filiꝰ meꝰ: sz z creatoz z deꝰ meꝰ, sugis q̃ppe vbera mea q̃ pascis vniuersa, paruulꝰ es ī mãibꝫ meis q̃ cũcta potẽter tenes ī mãibꝫ tuis, sed q̃d hec, vtiqz oĩa ad nr̃am doctrinã scripta sũt vt, ſ, et nos miremur ꝯntũ dilexit nos deꝰ Mirari q̃ppe debemꝰ de sua sapĩa, mira benignitate, hũilitate, caritate, q̃bꝫ nos ħ redimere voluit. Mirari debemꝰ de eius infinita miscoĩa z bõitate q in tantz pctis sustinet nos miseros pctores, znõ statĩ punit sic facere pt iustissime: z sepi' fecit. Mirari ꝯ debemꝰ ne grossiores diabolo simꝰ q̃ de xpi natiuitate valde miratꝰ est. Vñ de ħ Aug. in q̃dã ser. de aduẽtu dñi sic ait. Cũ filiũ dei ex maria ꝙgine ꝑcreatuz vidit, arbitroz ita dicebat, q̃s est iste q hũc ingressus ẽ mõm nesciẽte me, noui q̃dẽ q de femĩa natus sit sz nescio vñ ꝯcepťꝰ, astat ecce sua mť sz iuestigare nõ possuz q̃s fuerit eius pr̃, Est qđ accrescit stupoꝛi meo. video q edito filio mť exultat vt ꝙgo, nihilqz ī illo puero reperio qđ me delectet: sz qđ oẽs conatꝰ meos euacuet, Ecce si ita mirari potuit diabolꝰ, q̃re nõ z nos, vñ z parẽtes eiꝰ merito mirabanť, Sunt z alia mirabilia in christi ꝯceptione z natiuitate ostẽsa, vicz q angelꝰ revelauit ipi ioseph mariã cõcepisse de spũscto, Matħ.j. vbi etiã z ipi ioseph exposuit nomẽ saluatoz ꝯcepti. s. iesus. Et quõ saluũ faciet ꝓp̃m suũ a pctis eoꝝ Juxta ꝓphetiã Esa. vij. ca. Ecce virgo ꝯcipiet z pariet filiũ: z vocabiť nomẽ eiꝰ emanuel. qđ ẽ interꝑtatũ nobiscũ deꝰ, Hec Mat.ſ. Aliud q̃ angelus apparuit in somnis Joseph dicens q fugeret cũ puero ī egyptũ, eo q herodes q̃situr ceť puerꝰ ad pdẽdũ eũ Mat. ij. Illud vtiqz est valde mirabile q filiꝰ dei statim natꝰ cogebať fugere z q̃rebať ad occidendũ. Et si di, Potuit puer ꝓhibere herodẽ, qz deꝰ erat, Rñdeť q potuit, sed tunc noluit oñdere se facere miracula. Dicit tñ Augꝰ. xviij. de ciui. dei. ca. xlvj. q ꝑmũ miraculũ xps fecit in ħ q tã mirabiliť natus est. Et vltimũ q cũ suo resuscitato a mortuis coꝛpe ascẽdit in celũ. z ħ manifeste ī coꝛpoze suo. q̃uis omĩa alia mirabilia fecit ex diuinitate. ¶ Scõm erat ī euangelio de ꝓphetia symeonis et anne, Vñ symeon in tẽplo ait marie mť. Ecce positꝰ est hic ī ruinã z in resurrectiõem multoꝝ in isrl' z, vbi ꝑmo ꝓphetizat de xpo, scõo de matre. Tria aũt de xpo ꝓphetizat, z vnũ de matre Primo de xpo q dz esse ī ruinã, Scõo in resurrectionẽ, Tercio in signũ ꝯtradictõis Sed quõ positꝰ est in ruinã multoꝝ q̃ vult oẽs homes saluos fieri, ſ. ad Thimo. ij. Respondeť q sic, qz in passiõe xpi q̃ tunc futura erat multi erãt excecati a veritate cadẽtes ex scãdalo passiuo qđ receperunt, ꝓpter qđ xps dixit discipu l'is iohis Mat. xj. Beatus q̃ nõ fuerit scãdalizatꝰ in me, Positus est ꝯ in ruinã pctoꝝ multz occasionaliť nõ causaliť. qz multi ex ꝙbis et factis suis sibi sũpserũt occasionẽ peccãdi, dicẽtes eũ demoniũ hẽre dũ ad eoꝝ cogitatões respõdit z mirabilia fecit. Et in passiõe dũmodo seipm iuuare noluit q̃ alios adiuuit, Et erat positꝰ in resurrectionẽ multoꝝ, q̃ ꝯsiderantes mirabilia ꝑ eũ facta a solo deo fieri posse z suã passionẽ ꝑus dixisse zc. Et sic a peccatis resurrexerũt. Ex q̃ ptz q dñs iesus ñ fuit cã siue nõ dedit cãm peccãdi alĩs. sed ipi sibi sũpserũt occasionẽ peccãdi, zhodie multi ħ idẽ faciũt. Hã aliq̃ sibi occasiones sumũt pniam differendi ex sua miscoĩa, eo q differt tales punire, Aliq̃ ex iusticia dei ꝯtra illã murmurãtes q deꝰ sit crudelis vť ĩmisericoz, q̃ tñ ex ħ suã aduersitatẽ nõ alleuiant sed augẽt. Aliq̃ vero ex dei iusticia desperãt. q ex ħ magis in peccať obstinãtur. Aliq̃ ex donis z gratiis sibi datis ꝓpaliby z spũaliby: superbientiby aut luxuriãtiby,

Aliq̃ ex sacramẽtis illa indigne sumẽtibus ad maiorẽ cumulũ pctõr. Aliq̃ ex dei põdestinatiõe aut põsciẽtia peccãtes & dicẽtes, sic deus scit ita fiet &c, nõ attendẽtes q̃ deus etiã præscit & põsciuit eorũ mala & pctã. et q̃ penitentes vult saluare: & in pctis manentes dãnare Et q̃ cuilibet dedit liberũ arbitriũ, nullũ cogendo ad pctm̃. Potest etiaz dici q̃ xps fuit in ruinã pctõr causaliter per pnãz, q̃ facit merere pctã & hoiem a peccatis resurgere, Hec ruina est cõmendãda et xpo grata, Terciuz de xpo q̃ erat positꝰ in signũ cui ꝓtradiceꝝ, cõtradixerũt ei christo sacerdotes & legispiti. Et hodie sic mlti cõtradicũt, q̃ omes infideles, oẽs hereticiꝫ iudei, thurci, pagani, multi etiã imo oẽs mali xpiani q̃ ꝓtradicũt verbis et factis christo, Aliqui dicẽtes nõ esse tã durũ sic dicit in euãgelio xpi, Arta est via &c, Matth, vij Alij dicũt nullũ xpianũ esse dãnãdũ, Alij reprobant opa xpi & his ꝓtradicũt, q̃re deus tot mala pmittit, & tamẽ nõ vellẽt q̃ deus in suis peccatꝫ dudũ eos occidissz. Alij quare deus hũc diuitẽ & illũ paupem fecit, quare tot pestes, tot lites, tot aduersitates &c, pmittit, Et sic his oñibꝫ xps positus ẽ in signũ ad qd̃ sagittant omes pctõres terre. O deus quõ xps est positꝰ in signuz bibulis: lusoribꝫ: blasphemãtibꝫ: & oibꝫ vane p nomẽ eius iurãtibꝫ, vbi vix duo aut tria verba dicũt sine iuramẽto, vel dicẽtes vere p deuz, & sic de alijs, aut alio modo, Quid de illis q̃ tales hospitio tenẽt scient, Quot sunt dicẽtes, q̃ te deus ꝓfundat, q̃ deꝰ tibi vitã minuat, vtinaz subita morte intereas. Ecce quõ oẽs illi sagittas mittũt ꝛ christũ nec marie matri sue parcunt, dicẽtes. vtinã te dña nra ꝓfundat, & sila, Sic cõtra illud signũ sagittãt supbi: auari: luxuriosi, q̃ ipe erat hũillimꝰ: misericordissimꝰ & castissimus &c, Tunc aũt in eũ sagittant cũ suis pctis eũ offendũt, Sicut dũ mlti male loquunt de vno vnꝰ post reliquũ. Audiẽtes h̃ dicũt, Ecce quõ illi sagittant in illũ. sic in xposito, D Scõo symeon ꝓphetauit de beata virgine dicens, tuam ipius aiam ptransibit gladius, ac si diceret, dolor quẽ sustinebis in passione filij tui pertransibit animã tuam, vt dicit Beda, vl fm Chryz. id est dolor dñice passionis ptrãsibit ipius aniam quã reputas tuã, vel resoluẽdo possessiuum in primitiuũ sic, Gladiꝰ dñice passionis ptrãsibit tuã ipius aiam, i, tui ipius aiam, q̃ vt dicit Augu, Anĩa magz est vbi amat q̃z vbi aniat, Et iõ aĩa ỹginis magis erat in filio suo xpo quez sup oĩa diligebat q̃z in corpe suo, Et sic vulnera xpi ipa sensit, sicut & xps q̃ntũ ad anie tristiciã, Et addit in euãge, vt reuelent ex multis cordibꝫ cogitatiões, ibi vt nõ ponit causatiue sz cõsecutiue, vt sit sensus, vt, i, p hoc reuelentur ex multis cordibꝫ cogitatiões, q̃ ex instantia iudeoz apud pilatũ vt crucifigeret quẽ ipe ẽrebat dimittere, reuelata est inuidia & odiũ ad christũ & duricia iudeoz, auaricia iude, pusillanimitas petri & discipulorũ fugientiũ, cõuersio longini &c, ex passiõe xpi. Postea ponit Anne, pphetisse verissima affirmatio q̃ puer iesus venisset ad redẽptionẽ hũani generꝫ, Et cõmẽdat anna multipliciter, in statu ỹginitatꝫ, mr̃imonij et viduitatis, Primo q̃ vsq̃z ad mr̃imoniũ ỹginitatẽ ꝓfuauit, q̃ vtinã mlte ỹgines attenderẽt illũ thesaurũ ỹgitatꝫ ꝓfuãdo, Scõo q̃ post mortẽ viri quẽ solũ septẽ annis habuit nulli nupsit, Exemplũ in turture &c, Tercio q̃ toto tempe viduitatis p annos lxxxiij, laudabiliter vixit, Mã dicunt doctores ipam fuisse, xiij, annoz qñ duxit maritũ, Et septẽ annos habuit virũ, Et, lxxxiij, vidua, Et sic totũ tps vite sue erat centũ et iij, annoz, De hac vidua dicit Orige. Juste hec sctã mulier spiñ, pphetãdi meruit accipere, q̃ longa castitate, longisq̃z ieiunijs ad hoc culmen ascẽderat, Et subiũgit, Uidete mlieres testioniũ ãne & imitamĩ illud vicz vitã suã i statu ỹgitatꝫ: mr̃imonij & viduitatꝫ, Nota sup h̃ ybo Et erat ãna, pphetissa &c, dic̃ glo, oz, Quia p vir̃ & mlierẽ vita toti⁹ mõi pdita ẽ, i testimõio vite p xpm redeũtꝫ ãna cõiũgit symeoni, Et pꝰ pauca dic̃ glo, oz, q̃nq̃z sũt ãne. Pria mr̃ samuelis Scõa vxor raguel, Tercia mr̃ thobie. Qr̃ta filia phanuel. Quĩta mr̃ marie, Tercio pncipalr põit marie & ioseph remeatio, ibi & vt pfecerẽt oĩa &c, Ecce deuota legꝫ impletio, nob i exẽplũ vt dei pcepta custodiam⁹ Quarto põit pueri iesu, pfectꝰ & ꝓfectatio, ibi, Puer aũt crescẽ. &c, Hoc iteꝝ nob i exẽplũ vt puer iesu seq̃mur i obedientia ad parẽtes, & i oibꝫ dei honorẽ pponã⁹. Ubi nota q̃ i corpe iesu fuit reale augmẽtũ: sz i ei⁹

aīa nō fuit reale augmētū gr̄e z virtutis, ḳa totaz plenitudinē gr̄e habuit ab instāti sue ꝯceptōis, sed q̄ntū ad ostēsiones in effectu magis apparebat ꝑm q̄ iste crescebat, z ꝑm q̄ volebat, aliꝫs vicz plus z plus per successum tp̄is ostendēdo suā sapiam et virtutē. Et sic crescebat siue ꝯfortabat in sapiētia z gr̄a ꝑm apparentiā, recte sicut luna dr̄ crescere vl augmētari a tp̄e incensiōis ei⁹ a sole, z decrescere a tp̄e oppositōis, nō q̄ ita sit q̄ sp̄ est eq̄lis q̄ntitatis: sed ꝑm nr̄am apparentiā rē. Idē vult mgr̄ z doc. di. xiij. tercij sn̄iar. ¶ Quātū ad terciū dubitat de gladio doloris btē ỹginis. Diceret ḳs, maria virgo sciebat q̄ de⁹ p̄volebat filiū suū pati z mori p hūano genere Et filiꝰ ꝓpter hoc in mūdū venerat z optabat, ex q̄ seq̄bat redemptio mundi: salus ꝓpli z glia dei. Cū g̃ maria esset ꝯformis volūtati dei et summe optaret salutē mōi quō potuit tristari siue dolere cū tantū bonū inde seq̄ cognouit. Ad ß dicēdū est q̄ eo mō gladi⁹ doloris p trāsiuit aīam ỹginis q̄ z aīam filij sui ḳ dixit in monte oliueti. Tristis ē aīa mea vsq̄ ad mortem Matth. xxvj. Hlo. ozdi. dicit q̄ gladi⁹ fuerit dolor dñice passiōis, q̄ non potuit videre cū crucifigi sine affectu materni doloꝛ, z si sparet resurrecturū z mortē deuicturū. z sequit vsq̄ ad finē seclī. anima ecclie gladi⁹ tribulatōis ptrāsit. z cum signo fidei ab impijs ꝓtradicit cū multos ruere vidit. cū reuelat⁹ cozdiū cogitatiōib⁹ vbi bonū semē semīauerat zizania germinare ꝓspicit. Et sequit, vt reuelent ex multis cozdib⁹ rē. Ante erat incertū q̄ iudeoꝝ gr̄am xp̄i recipent. Est enī in nobis duplex potētia aīe, s. intellectiua z sensitiua. ꝑm potentiā sensitiuā xp̄s in passiōe sume gaudebat, q̄ visiōe dei fruebat vt nūc. sz ꝑm potentiā sensitiuā dicebat. Tristis ē aīa mea. ꝑm illud ·ps. lxxxvij. Repleta est mal'ania mea. i. doloribus. adeo q̄ vita mea inferno appropinq̄uit. dū vicz trador ad mortez. et sequit. estimat⁹. i. reputat⁹ sum cū descēdē tib⁹ in lacū inferni. putauerūt enī me pctōrem vnū de illis q̄ ꝓpter pctā descēdūt in p fundū inferni. Sic beata virgo maria ꝑm voluntatē rōnalē volebat filiū suū pati. sciens deū sic ozdinasse p salute hūani generis. Et ꝑm hanc voluntatē siue potētiā nō dolebat sed ḳta ꝑmanebat. Sed ꝑm sensualitatē sūme dolebat. Nā ꝑm Hiero. licz in spū esset: tū dū in carne vixit carneis moueba⁹ sensib⁹. Et ꝑm hec aīam ipi⁹ ptransiuit gladi⁹ doloris. Sed di. q̄s fuit ille gladius et quō ptrāsiuit eius aīam. Rñdet q̄ gladius doloris internal' siue doloris intrinseci in aīa eius. Ad ß enī deseruit ꝓsue tudo loquēdi. Cū enī q̄s habz magnū dolorē ex aliq̄ malo nouo, dicit. gladi⁹ ptrāsiuit coz eius. etiā si cozp⁹ nō vulnerat vel ledit. De hoc ait ·ps. In seruū venūdat⁹ est ioseph, humiliauerūt in compedib⁹ pedes ei⁹, ferrū ptransiit aīam ei⁹. i. gladi⁹, cū incidisset in magnas tribulatōes. q̄ venditus a fratrib⁹ z in egyptū delat⁹, vt ptz Genesis. xxxvij. Et tūc empt⁹ a putiphare ꝑncipe militie regis pharaonis, falsē accusatus ab vxore dñi sui q̄ eā opprimere voluit, incarcerat⁹ z vinculat⁹ fuit, ꝓpter q̄ ferrū. i. gladi⁹ doloris ptrāsiuit aniam ei⁹. Et talis gladius doloris in amissiōe z passiōe filij sui ptrāsiuit aīam beate ỹginis. Vñ dicit Damas. Dolores q̄s nō sustinuit Maria virgo in partu reseruati sūt sibi vsq̄ ad passionē filij sui. Sed nec aliq̄ mulier habuit vnq̄s tantū dolorē in partu, nec aliq̄s martyr tantū dolorē sensit in suis tormētis q̄ntū expta est maria in passiōe dilectissimi filij sui. Nō petr⁹ in sua crucifixione. Non laurenti⁹ in craticula cōbust⁹. Nō blasius pectinib⁹ ferreis lacerat⁹. Nō iacob⁹ p singula mēbra intercisus: nec ali⁹ sctōz martyrū q̄cūq̄s. Vñ dicit Hiero. plus q̄s martyr fuit z aureolā claritatē martyrij sup oēs recepit. Rō īmēsitat⁹ hui⁹ doloris fundat in amore. q̄nto enī plus q̄s amat aliquā p sonā vl rē, tāto mag⁹ dolet de ei⁹ amissiōe vl lesione. q̄d ptz ad experientiaz. Mag⁹ enī q̄s dolet de amissiōe florēni q̄s denarij. pl⁹ dolet de amissiōe filij q̄s serui. ceteris paribus Sed maria valde diligebat filiū suū.

Et si di. q̄s. ex q̄b⁹ causis tantū dilexit filiū. Rñdet q̄ ꝓpter plures rōnes siue causas. Prīo rōne claritatis cognitōis. clare ei virgo maria ꝯgnoscebat et certissima erat q̄ a filio sume diligebat Et cū firmit⁹ crederet ipm cē deū i suo vtero incarnatū, sciebat illū ea diligere p̄ ceteris creaturis hūanis et angelicis. Et iō ecōtra coz ei⁹ valde inflāmabat ad rediligendū eū. Secō rōne sanctitatis diligebat ỹgo filiū suuz copiosissi-

me, quē plenū sanctitate gr̄a oñiq; virtute diligendū censebat. Tercio rōne totalitat̄. Fuit enī ꝟgo beata ita mr̄ christi vt ab ea sola spūsancto opante corpulentā substantiā acciperet, q̄re amor q̄ debet esse p̄ris z matris ad filiū erat in virgine sola ad xp̄m ab ea genitū. Quarto rōne diuturnitat̄, amor enī q̄nto diuturnior tanto vehemētior. Cū ergo filiū suū virgo dilexerit p ānos, xxtiij vel circa, absq; vlla p̄turbatiōe, ꝟueniens est q̄ eū diligebat in etate floreti iā cōstitutū vltra q̄ dici possit. Quīto rōne familiaritatis, nunq; enī inuētus est aliq̄s filius, q̄ ita blande, ita reuerēter, ita dulciter, ita familiariter ꝟuersaret cū parētib⁹, sicut christus faciebat cū ꝟgine maria mr̄e sua. Nō enī dubitare q̄ spiā posset q̄ p tot ānos quibus xp̄s cū mr̄e cōuixit nō fuerit liq̄factus cor ei⁹ in amorē illi⁹ a q̄ totiens vocari matrē se sensit, quē z ipa filiū sepe noiabat. Et q̄ firmiter ꝟcludit q̄ ꝟginis amor ad christū vincebat oēm amorē q̄rūcūq; parentū q̄ tenerrime filios suos diligūt aut dilexerūt. Scdo infert ex p̄missis q̄ dolor virginis in amissiōe filij sui z in ei⁹ passione fuit maior q̄; vnq; aliq̄ matrū vel aliq̄s patruz dolere potuit de filij sui morte, p̄z illud ex aduerso, q̄ si maior fuit amor, ergo z dolor de illi⁹ amissione passiōe z morte fuit maior rē. Sed diceret q̄s, q̄tiens ille gladius doloris p̄trāsiuit aīam beate ꝟginis. Respondet q̄ nō vna vice: sed sepi⁹ ille gladi⁹ doloris p̄transiuit aīam z cor ei⁹. vt p̄z infra. Primo q̄n amiserat eū duodecī annorū vt patebit dñica, j. p⁹ octauas Epiphanie. Scdo q̄n audiuit eū captū z ligatū in hierlm, z ligatū de domo cayphe mane educi vidit. Tercio q̄n vidit eū despectū balulantē crucē, z sub cruce vtolūt doctores cadentē. Quarto q̄n vidit eū vestib⁹ exui z cruci affigi: z tūc pepluz de capite sibi fecit p̄sentari. Quīto q̄n vidit eū in cruce in altū leuari nudū z clauis affixū: nec aliud sustentaculū in manib⁹ z pedib⁹ habentez q̄; clauos. Sexto q̄n audiuit eū loq̄ntē. Ecce filius tuus. Ecce mr̄ tua. Septimo q̄n audiuit ꝟ verbū, deus de⁹ me⁹ q̄re me dereliquisti. Octauo q̄n audiuit eum dicere. Sitio. Et nemo erat q̄ illi haustū aque daret. Nono q̄n vidit lancea lat⁹ ei⁹ p̄fodi. Decimo q̄n de cruce depositū vulnera ei⁹ ꝟspexit z palpauit z osculata fuit rē. 20

Dubitat̄ ꝟsequēter quā doctrinā habere debem⁹ ex ꝟ q̄ maria z ioseph cū iesu reuersi sūt in galileā in ciuitatē nazareth. Et puer iesus crescebat z ꝟfortabat̄ rē. Rnde tur breuit̄ q̄ ex ꝟ parētes instrui debēt q̄lit̄ educare debēt pueros suos filios et filias. ¶ p̄z q̄ notandū q̄ parētes sūt duplices, s. boni z mali. Boni significant̄ p colūbas. z mali p ciconias. ¶ Primo boni p colūbas q̄; sicut colūbe grana pura colligunt z pullis suis in nutrimētū deferūt. sic boni parētes pueros suos de reb⁹ bn̄ z iuste acq̄sitis aut de ꝓprio manuū suaruz labore nutriūt Sicut fecit thobias Thobie. j. ca. vicz senior, q̄ diuidebat vnicuiq; put potuit de facultatibus suis iuste acquisitis: et non de male acquisitis. Unde z ibidem capitulo ij. legit̄ q̄ post̄q; excecat⁹ fuit ex stercore hyrūdinis: anna vxor ei⁹ de laboze manuum suaz textrino ope victū illi acq̄rebat q̄ntū poterat. Accidit autē vt vna die bedū capra rū domi detulisset, cui⁹ vocē dū thobias audiuisset: dixit. Videte ne furtiuus sit Et si sic: reddite euz dñis suis. Ecce iste ad instar colūbe voluit filiū suū se z vxorē ex bene acq̄sitis nutriri. Hinc est q̄ boni parentes si nō bñt vñ pueros nutriāt vt saltē pueri in futuro se nutrire valeāt ad artificia dant. iuxta doctrinā Cathonis, imo et magni p̄ncipes ꝟ fecerūt, sicut Octauian⁹ impator, q̄ licet posset filios z filias artib⁹ applicari, vt si deficerēt se nutrire possent, vt refert Egidius de regimīe p̄ncipū par. ij. li. ij. ca. vij. Et policrat⁹ li. vj. Alij sunt parētes mali q̄ significant̄ p ciconiā. q; sicut ciconia vescit̄ serpentib⁹ z ceteris īmūdis. z talē escam defert pullis suis. sic mali parētes bonis male acq̄sit̄ q̄litercūq; malis exēplis z educatoribus nutriūt pueros suos, ex q̄b⁹ eoz nutrimentū vertit̄ in venenū aspidū insanabile. ex q̄ tandē parētes z filij eternā incurrūt maledictionē. Exemplū de q̄dā heremita, q̄ patri z fratri noluit succedere in male acquisitis: sed confugit ad heremū. Et illis mortuis orauit deum vt illoruz statum dignaretur ei reuelare. qui ductus ad infernuz et ibi eos nō inuenies. ad vltimū exierunt de q̄dā puteo in flāma ignis mordētes se in-

uicẽ, pater filio dixit. Maledict⁹ tu q⁹ pro pter te res male acq̃siui, ⁊ male acq̃sitas re tinui. Rñdit fili⁹ ꝑ. Maledictus tu, q⁹ si mihi nõ iniuste acq̃siuisses: ego nõ eas te nuissem, videãt ḡ parẽtes q⁹ cũ colũba nu triant pueros suos, nõ enĩ excusant pueri si res iniustas a parentib⁹ sibi relictas reti nent. Vñ Aug⁹. Si tenes obolũ, ſ. iniuste tenerꝫ a diabl'o, ⁊ q̃t denarios parẽtes ma le acq̃sitos puerꝫ relinquũt: tot gladijs eos transfigunt. Hoc intellige scient⁊ ꝓtinacit dũmõ parẽtes sciũt et pueri hoc scire pos sunt. Et cũ ille frater q̃reret q̃s ille esset qui in imo iaceret. Rñdit ductor angel⁹ q⁹ ipe esset ꝓncipiũ generatiõis oĩm istorũ q̃bus bona male acq̃sita reliq̃sset. Et q⁹ heredes nõ restituissent. ideo simul cũ illorũ ꝓgent tore puniren⁊. ¶ Est ḡ notãdũ q⁹ pa rẽtes q̃ mltiplicit delinquũt circa pueros suos. grauẽ de ꝑ deo sunt rõnez reddituri. ꝓmo illi q̃ in utero mris fetus extinguũt siue cõsiliũ aut auxiliũ dant aut tale factuz approbãt. Silr viri q̃ uxores impgnatas indiscrete ꝙberãt aut terrẽt siue mrẽsq̃ in discrete p cibũ: potũ: labore: aut motũ fetũ in utero occidũt vl debilitãt vt nati cit⁹ mo riant. Scõo q̃ ex carnali dilectiõe pueros nõ corrigũt cũ delinquũt: sed in talib⁹ qñq̃ ꝙgaudent, ꝓtra illud ꝓuer, xxiij. Noli a puero subtrahere disciplinã, si pcusserꝫ eũ uirga nõ morietꝫ tu uirga eus pcuties ⁊ aĩam ei⁹ de inferno liberab. Exemplus de hely sacerdote, ſ. Reg. ij. Tercio parentes q̃ pueris exemplũ ꝑbent maledicẽdo: blas phemãdo: ludendo: ecclie ieiunia frangen do: uerbum dei nõ audiẽdo. et sic de alijs. Quarto q̃ nimis diligũt pueros, ⁊ ex ꝑ ad uanitates eos instruũt in chorets. superbia uestimẽtor⁊, in cibo ⁊ potu immoderato. et hinc est q⁹ cõiter pueri nimiũ a parẽtib⁹ di lecti prudẽtes ⁊ pulchri citius morĩunt ꝺo hoc ordinãte, ꝓpter indiscretũ parẽtũ amo rẽ. q⁹ parẽtes sepe, ꝓpter pueros oblũiscũ tur deũ, ⁊ de his q̃ ad salutẽ ꝓtinent min⁹ curant. Innocem⁹ ergo uirginẽ mariã ma trem Jesu ut a filio suo granã beneuiuen di nobis impetret. per quã hic deo placea mus et eternaliter in gloria secum manea mus. Amen.

¶ De circũcisione domini.

¶ Sermo XII.

POstquã cõsum mati sunt dies octo ut circũcide ret puer, uocatũ est nomẽ ei⁹ Je sus Luce. ij. Audistis in die natiuitat⁊ sal uatoris nr̃i dñi iesu xp̃i ea que erãt gaudio plena de triplici ei⁹ natiuitate. Cũ quanto gaudio angeli pastorib⁹ mãifestauerũt illã natiuitatẽ. Et pastores alijs ⁊ cõi ꝓ'lo qui ex ꝑ silr sunt gaudio repleti. Quale etiã fue rit angelor⁹ gaudiuz supnaturale. Varie ꝙginis singl'are, ⁊ creaturarũ generale, q̃ lati⁹ audiſt⁊ p multa mirabilia in die nati uitat⁊ dñi facta. Hodie ꝙo in euãgelio no bis ꝓponunt ea q̃ merito tristiciã ⁊ dolorez afferre debẽt, q⁹ uicz paruulus iesus cũ tan to gaudio ut audistis nat⁹ hodierna die ꝓ peccatis nr̃is in circũcisione sanguinẽ suũ fudit: nulla cõpellẽte legis necessitate, q⁹ to tus mundus, tot⁹ imunis ab oi pctõ ut sic nr̃am salutẽ opareꝫ, q̃ ostẽdit nomẽ eius iesus. Ideo dixi in themate. Postq̃ cõsũ mati sunt dies octo ⁊c. Pro gr̃a Aue ma. ¶ Postq̃ ꝓsũmati sunt ⁊c. Prio text⁹ eua gelij q̃ breuis est dicaꝫ cũ breui intellectu: ⁊notatis de circũcisiõe, q̃s fuerit ei⁹ effect⁹ et q̃re xp̃s circũcidi uoluit Scõo de noie iesus: ⁊ duplici ei⁹ interp̃tatiõe. Tercio du biũ vnũ de utilitate ⁊ fructu hui⁹ nois ie sus. ¶ Text⁹ euãgelij.

Postq̃ ꝓsũmati sũt dies octo ut circũcide ret puer: uocatũ ẽ nomẽ ei⁹ iesus, q̃ voca tũ est ab angl'o puſq̃ i utero ꝙciperet. Lu. ij. A Quo tpe circũcisio dñi fcã ẽ oñdit eua geliũ, uicz die octauo natiuitat⁊ ei⁹. Pro q̃ notãdũ ẽ q⁹ hodierna dies singl'ari deuoti one a fidelib⁹ ẽ uenerãda. Prio ꝓpter octa uã natiuitat⁊ xp̃i, ⁊ ꝑ exꝑmit in euange. cit ꝺr. Postq̃ ꝓsũmati sũt dies octo, ſ. a natiui tate xp̃i. Et ꝑ iõ ut impleaꝫ q̃ in die nat⁊ dñi obmissum ẽ. Scõo ꝓpter circũcisiones paruuli iesu, ⁊ ꝑ tãgit cũ ꝺr. ut circũcideret puer. Sic ei ꝑceptũ fuerat Gen. xvij. In fans octo dierũ circũcidet in uob. Et ma sculus cui⁹ ꝑpucij caro circũcisa nõ fuerit delebit aĩa illa de pl'o suo, q̃ pactũ meum irritũ fecit, q̃ aũt tũc fecit circũcisio i dele do pctõ originali, ꝑ nũc in nouo testamẽto facit baptismus cũ maiori gr̃a. Ideo dicit Joh. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spũsancto nõ potest introire in regnuz dei.

Tercio ꝓpter impositionē salutiferi nomis ihesus. Et ℔ tangit in euāgelio cū dr. Uocatū est nomē ei⁹ ihesus. qđ vocatū est ab angelo ꝓsq; in vtero cōcipere. qū vicz angelus dixit marie. Ecce cōcipies z paries filiū: z vocabis nomē ei⁹ ihesuz. Lu. j. Sil'r angelus dixit ioseph. vocabis nomē ei⁹ ihesuz. vt ptz Math. j. Et ibidē subiungitur. Ipe enī saluū faciet ꝓplm suū a pcīs eoz. In hodierno ℊ euāgelio qđ est breue ī ira grande nimis in sīa ponunt tria maxima mirabilia a seculo inaudita. q puer ihesus ꝓ pter nos hō fact⁹ hodie. ꝓ nouo āno dare dignat⁹ est. Primū q ille q est etern⁹ et interminabilis: q; z nullo tempe claudit hodie octo dieꝝ esse describit. Scōm q ille q est impassibil' z indiminuibilis. qz pri cōsubstantial' hodie patit sanguinē suū fundendo: z ꝑ ꝑpucū circūcisionē diminuit. Terciū q ille q est ineffabil' nedū hoibꝫ sz etiaz angelis hodie notat. z nomē ei imponituz publicat. Primū est mirabile. qz filius dei sub tpe claudit: z infans octo dieꝝ efficit z circūcidit. Filius ei dei ℔m q hō cepit hie dies z annos: patriā z parētes: z in tpe creuit z mortu⁹ est. In q̄ maxima ei⁹ miscōia circa hoīes demonstrat. ex ℔ voluit cōtinēri sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt redimeret Nā expert⁹ pēalitates hūane nature. scz fame: sitim: frig⁹: calorē: z hodie sanguinis effusionē. cōpatit nob sicut pius pr. z tandē ab oīb liberabit. Malū enī ꝑ expiēnā maxime cognoscit. Et ideo fili⁹ dei voluit expiri nra mala. scz pauptatē: expulsionē: ꝓtumeliā verboꝝ: falsaz accusationem: amicoꝝ derelictionē: iniquā sniam: et tandē iniustā z violentā mortē. ad q̄ oīa mala hūane nature ordinant. vt in oīb mal' nomem⁹ ergo ad xp̄m secure. si q̄dcūq; malū patimur q̄ oīa mala penevt sup exptus est vt in nris miserijs: tribulatōibꝫ z aduersitatibꝫ nob succurrat. Scōm mirabile q ipe in circūcisiōe ad quā nō tenebat qz dns legis sanguinē suū fudit in ītum hō. qz ad circūcisionē solū tenebant q̄ in pctō origināli ꝓcept⁹ z nati erant. qđ pctm nō fuit in xp̄o. qz nō fuit generat⁹ ex ꝓcupiscētia carnali: nec ex semīe viri: nec ī sanguīe mēstruoso impuro in q̄ libido est. Un etiā si modo de⁹ formaret vnū hoiem nō ꝑ viam generationis: sed sicut ꝓmū hoiem vel ꝓmaz mulierē. talis nō hīet pctm originale. ergo multo magꝭ xp̄s nō habuit. qz ꝑ viā generatiōis format⁹ nō fuit. Scō ꝓro q̄ notandū est q de⁹ a ꝓncipio mūdi vsqz modo ꝓtra pctm originale tria remedia instituit z ordinauit. Nā hō fecit morbū: z de⁹ fecit remediū. Primū remediū fuit sacrificiū ꝑ adultis Et inde est q antiq̄ pres deo sacrificiū offerebāt. Si aūt paruuli moriebant ante vsum li,ar. sufficiebat eis fides parentū. vt sic a parētib⁹ introductum fuit pctm: sic ꝑ eosdē deleret. Si aūt parentes paruulo ꝑ q̄ moriebant ñ erāt fideles: paruuli nō saluabant. Scōm remedium fuit circūcisio tpe abrae. qz de⁹ mādauit abrae q ipe z posteri eius deberēt circūcidi. hoc aūt remediū fuit datū solū abrae in ꝑticlo ꝑ masculis. oēs aūt alij ꝓpli vsqz ad xp̄m habuerūt remediū ꝓmū. ac etiā femīe iudeorū. Terciū remediū fuit baptism⁹. Nā qz circūcisio nō erat remediū cōmūe nec suaue. imo valde penosuz. Et iō adueniēte medico suauitat⁹ scz ihesu xp̄o. vbi nō ē masculus z femīa. gentil' z iudeus. circūcisio z ꝑpucū. barbarus z scīta. seru⁹ z liber. vt dicit apl'us ad Colos. iij. xp̄s instituit suaue remediū z cōmune. s. baptismū. q̄ nō solus purgat pctm sed etiā aperit celū. qđ circūcisio nō faciebat. Et ℔ facit baptism⁹ ī virtute passiōis xp̄i q̄ in ipo opat. q̄ z pctā deleuit z celū aperuit. Baptism⁹ ℊ est remediū necessariū ad pctm tollendum z ad regnū dei introducēdū Joh. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄a z spū sc̄to nō pōt introire in regnū dī Et est ibi notādū q oīb⁹ ist⁹ remedijs christ⁹ vsus fuit: nō ꝓpter necessitatē. Nā circūcisus fuit z baptizat⁹: z ī die purificatiōis ꝑ eo sacrificiū oblatū fuit. scz par turturū aut duo pulli colūbarū. vt ptz Luc. ij. Sed di. q̄s. q̄re xp̄s voluit circūcidi. Rndet. q licet xp̄s nō habuit originale nec actuale pctm. tū voluit circūcidi ꝓpter plures causas q̄s enūerat sc̄tus Tho. ī. iij. par. sūme. q. xxxvij. ar. j. Scīo vt ꝓbaret se hīe veritatē hūane nature cōtra Manicheos. qui dixerunt christū habere corpus fantasticū. Et ꝓtra Ualētinianos qui dixerunt ipm corpus suū de celo attulisse z̄c. Scōo vt approbaret circūcisionē z totam veterē legem tanq̄ a deo institutam

ptra Manicheū z ei⁹ discipulū faustuz et eoz sequaces, q̄ dixerūt circūcisionē et tā veterē legē non a deo sed a q̄dā principe maloz institutā. Tercio vt xp̄s oñderet se esse de genere abrae cui pmissuz erat q⁹ de semine suo bñdicerent oēs gētes Gen. xij, xvij, z xviij. q̄ etiā accepit mādatū de circū cisione a deo Gen. xvij. Nō enī oīb⁹ data fuit circūcisio: sed abraam: isaac et iacob, et oīb⁹ q̄ descēderūt a iacob, sīc iudei. qz dicit Hugo z etiā Grego. in prologo sup Job. Job nō legit circūcisus: et tñ est saluatus. Quarto vt iudei nō h̄ient excusationē ip̄m recipiēdi: dicētes eū incircūcisum: et hnicū z gentilē. Quīto vt sic nobis suo exēplo virtutē obediētie cōmēdaret cū seruat p̄ceptū legis, ad qđ tñ nō erat astrict⁹. q̄nto magis nos debemus seruare p̄cepta ad q̄ obligamur multiplicit. Exq̄ enī dei filius in se suscepit graue remediū, de q̄ tñ oīno nō indiguit. q̄nto magis suo exēplo nos qui pleni sumus pctis debem⁹ sponte subire tritionē: pfessiōem z satisfactōez, salutaria remedia pctō⁹, qđ tñ mlti ñ faciūt. aut nō pure hoc faciūt. Xp̄s enī q̄ pctm̄ nō fecit nō est dedignat⁹ vt pctōr circūcidi, z p h̄ ab alijs pctōr reputari. Multi autē scient pctōres sunt: z nolūt p pctōrib⁹ reputari, volūt scienter in pctis esse et tñ nolūt corrigi, tā maiores q̄ minores. Et q̄d hoc aliud est q̄ in peccatis velle pseuerare, z penitere cū peccata ampli⁹ nō possint ꝓtinuare. Sz q̄d dicam illis, certe pnīa sera raro vera, imo de nullo legit q̄ sic distulit ad finē vite penitere q⁹ vere penituerit p̄ter q̄ de latrone i cruce, vt dicit Aug⁹. Sed cuz hō sil'e ꝓtendit, certe accidit sibi q⁹ nō habebit gr̄am deflēdi pctā sua z delendi p verā ꝓtritionē. qz sibi eā nō meruit cū bene potuit. Sexta cā vt q̄ in silitudinē carnis peccati venit remediū in q̄ caro peccati in alijs mūdari ꝓsueuerat nō renueret. Ut sic nūc daret arram p̄pucij, p nobis i cruce soluēdi. Unde xp̄s dñs assumpsit carnē nr̄am hūanā cū omibus defectib⁹ penalib⁹ q̄s z nos habem⁹, vt frigus: estus: famē: sitim: timorē: tristiciā passibilitatē z mortalitatē. sed nō ex ea causa sicut nos: sed ex alia, vt dicit Aug⁹ di. xv tercij sniaz. nos enī tales defectus ꝓtrahimus ex pctō originali, xp̄s aūt ex sola miseratiōis volūtate i se trāstulit nr̄os defect⁹: ad ostensiōem vere hūanitat⁹ sue. Septimo circūcidi voluit, vt cū leg⁹ onus i se susciperet nos a legis onere liberaret, fm illud ad Gal. iiij. Misit de⁹ filiū suū factuz ex muliere: factū sub lege. vt eos q̄ sub lege erant redimeret. Octauā causaz addūt doctores, vt diabolo celaret mysteriuz incarnatiōis. Quas etiā causas tangūt doc. di. j. q̄rti sniaz. Ex his ptz q⁹ circūcisio tpe natiuitat⁹ xp̄i fuit in p̄cepto. sz nūc post christi passionē z sufficientē euāgelij, pmulgationē ampli⁹ nō est seruāda, imo nec aliquē fructū nūc facit: sed poti⁹ obest, z p ea z hō incurrit pctm̄ mortale, vt dicit Augul. Et tangit ap'l's ad Gal. v. dicēs. Si circūcidimini xp̄s vobis nihil pdest, sz nihil pruat hoiem fructu merito⁹ xp̄i nisi peccatū mortale. Data q̄ fuit iudeis circūcisio vt p eam seruaret circūcisionē spūalē. de q̄ Hiere. iiij. Circūcidite p̄putia cordis vr̄a. h̄ est mūdate corda vr̄a ab oī pctō. Judei q̄ circūcisi erant corde. Hiere. ix. Illo modo et nos debem⁹ cū xp̄o circūcidi circūcisione spūali. Ex his ptz q⁹ circūcisio debuit cessare: et lex noua institui vt p̄dixerūt Hiere. z Esa. Vñ Hiere. xxxj. dr. Ecce dies veniēt. s. noui testa. z feriā domui israel et domui iacob. i. oīb⁹ xp̄m ꝓfitētib⁹ generalit. z specialit iudeis credētib⁹ fedus nouū. i. legem nouā seu testamētū nouū. vt dic ap'ls ad Heb. viij. q̄ hūc textū allegat. Hoc idē voluit Esaias p h̄a. ij. ca. di. De sion exibit lex z verbū dñi de hierl'm, qđ nō p̄t intelligi de veteri lege q̄ exiuit de sion sz de mōte synai in q̄ data fuit, sed oportet intelligi de noua lege q̄ exiuit de sion. xp̄s enī dñs i sion. i. in hierl'm p̄dicauit p̄mū iudeis euāgelicā legē q̄ est lex noua. Et post ei⁹ ascensionē de hierl'm z de iudea exierūt ap'li aliiq⁹ discipuli ad p̄dicandū gentib⁹ fidē xp̄i, propter qđ dr Act. xiij. Vobis oportuit p̄mū loqui verbū dei. sed quia repulistis illud: indignos vos iudicat⁹ eterne vite: ecce cōuertimur ad gentes, sic enim p̄cepit nob⁹ dñs. Ex quo ptz circūcisionez cessasse z obseruantiam sabbati: z in locū circumcisionis institutū baptisma vt p̄dixit Ezechiel. xxxvj. ca. dicens. Effundaz sup vos aquā mūdā: z mūdabimini ab oīb⁹ inīq̄tatibus vr̄is. Magna aūt est differēia inter circūcisionē z baptismū, qz circūcisio solū

ꝯsolet' eam ex oīb⁹ caris ei⁹. Quarta ydria
est timor gehēne. Hāc implēt aq̄ cōpūctio
nis. Hā ſm Grego. preuisio iferni cōpun-
ctionē puocat. Unde ꝓpha in psalmo cuz dī
xisset Lachrymis meis stratū meū rigabo
subdit reddens cām impulsiuā. Turbat⁹
est a furore oculus meus. Quinta ydria est
tempestas tēptationū carnaliū. Hanc im-
plent aq̄ afflictōis spūs. Ex q̄ enī caro tem
ptat' spūs affligit', z plerūqz vsqz ad lachry-
mas. iuxta illud Math. ij. Rachel plorās
filios suos noluit ꝯsolari. qz nō sunt. q̄diu
enī vires inferiores nō subdunt' spūi vt fi-
lij matri Rachel plorare nō desinit. Sexta
ydria est ꝯsideratio pctōz, ꝓpriōz z defe
ctuū. Hanc implēt aq̄ spei diuie refocilla-
tionis, ſm illud ps̄. Cibabis nos pane la
chrymarū: z potū dabis nob⁹ in lachrymis
in mēsura. Hēs aūt aq̄ tristicie istarum sex
ydriaz ad pces btē ꝙginis ꝯuertunt' in vi-
nū ꝯsolatōis z interne deuotiōis, ſm illud
ps̄. Et vinū letificat cor hom̄is. Possunt
etiā p sex ydrias intelligi sex opa misc̄die, q̄
si hic implent' iussu xp̄i q̄ dixit Math. xxv.
post sniam latā p opa misc̄die pro electis.
Amē dico vobis q̄diu fecistis vni de bis
fratrib⁹ meis mīmis: mihi fecist'. tūc inter
cessione beate ꝙginis mutabit' aqua grati
arū in vinū iocunditatis celestis glie. qđ le
tificat deū et hom̄es. ¶ Dubitat' ter
cio quid p nostra informatione intelligere
debem⁹ per vinū ex aqua factū. Ad h̄ dī-
cendū q̄ iuxta triplicē distinctionē nuptia
rū vt supra dictū est circa lr̄am L. triplex ē
etiam vinū quantū sufficit ad ꝓpositū. vi-
delicet vinū naturale siue materiale, vinuz
cōpunctionis vere siue gratie. et vinū cul-
pe. Primū vinū bibitur in nuptijs carna-
libus siue mundi. Scōm bibitur in nu-
ptijs spūalib⁹ siue dei. Terciū bibit' in nu-
ptijs diaboli, q̄ tandez replebunt' pctōres
in inferno. De bis autem qui primo vino
se replent bene dici potest q̄ potius vinuz
bibat ipos q̄s ipi vinū, ſm illud Esa. xxviij
Nescierunt pre vino et pre ebrietate erra-
uerunt. Et sequitur. Absorpti sunt a vino
z̄c. absorpti videlicet sicut aqua absorbet
cadentem in se. Ideo domin⁹ illis cōmina
tur p ꝓphetam Esaie. v. dicens. Ue qui cō
surgitis mane ad ebrietatē sectandā. et po
tandū vsqz ad vesperā: vt vino estuetis. Et
sequitur. Ue q̄ potentes estis ad bibendū
vinū z viri fortes ad miscendā ebrietatem
Unū ebrietas est mr̄ oīm vicioz. Ex ebrie-

tate enī ꝓcedūt mali motꝰ carnis, sīc dicit Hiero. Uenter mero estuās de facili spumat in libidinē. Uñ de loth dicit Hiero. Quē zodoma nō vicit vicerūt vina ī monte. īmo ebrietāſ nullū viciū excusat, qz ex ea sequunt mlta mala, inuerecundia, clamor, ira, secretoꝝ denudatio. z sic multiplex detractio. luxuria, īpudicicia, supbia, qz ebriꝰ oīb⁹ meliorē se estimat. īmo qñq; hōicidia tacco de piurijs, blasphemijs, cōtumelijs, zc. Quot etiā iuenīunt ꝯgines z mulieres q̄ dū diu castū, ꝓpositū retinuerūt. vino vincunt z castitatē pdūt. Exēplū habemꝰ ī vitaspatrū de q̄dā heremita, cui dixit angelꝰ sibi esse futurū vt in aliq̄ ist⁹ triū pcōꝝ de futuro casurꝰ esset, ſ. homicidiū, adulteriū aut ebrietatē, z q̄ p̄eligeret vnū ex istis. Et cū p̄elegisset ebrietatē suo videre tanq; mīnꝰ pctīm ꝓtigit eū inebriarī: z in ebrietate cū quadā adulterū cōmittere, ad q̄ dū marit⁹ mlieris casu aduenit etiā ipm maritū occidit. Et sic in oīa ista pctā p ebrietatē corruit. Ita z noevir sctus postq; inebriatus fuit vino verēda nudauit Gen. ix. Holofernes inebriatꝰ caput a iudith abscisuz pdidit. Judith. xiij. z sic de alijs multis. Tale ḡ vinū inebriatōis nō postulauit neq; q̄ siuit ꝯgo maria a xp̄o dicēs sibi, vinū non bñt: sed vinū tpantie z sobrietatis siue decētie z necessitatis. ℣ Scōm est vinū cōpunctiōis, ℟m illud ps. Potasti nos vino cōpunctiōis. Hoc vino pctōr satiatꝰ detestat pctā sua. qz deū offendit cū ꝓposito amplius nō faciēdi. Hoc ḡ vinū dū a xp̄o petit maria pctōribꝫ dari, rñdet xp̄s, nōdū venit hora mea, q. d, nō dabo pctōri h̄ vinuz nisi faciat qđ in se est, q̄ facto tūc est hora vt verā illi dem cōpūctionē p quā possit tandē ꝓseq; vinū btē vite in patria. De q̄ in ps Inebriabunt ab vbertate domꝰ tue: z torrente voluptatis tue potabis eos. Et iteruz Esaie. lv. Uenite emite absq; argēto z absq; vlla cōmutatōe vinū z lac. p vinū intelligit delectatio devisiōe diuinitatis, p lac devisiōe hūanitatis, sz quō absq; argento? certe sola volūtate bñ agendi q̄ plus nō pōt. Terciū est vinū culpe, de q̄ Prouerb. xxx. Comedūt panē impietatis: z vinū iniq̄tatis bibūt vicz pctōres, qđ vtiā attenderēt pfecti. p̄cones, iudices z ceteri officiales. q̄ sepe solū ex h̄ vt saturari possint lites obijcunt: partes differētes ꝯcordāt. z ita ḡuant q̄ pctīm est audire taceo facere, qñq; in vna sessione ꝓueniētes z ī vino q̄tuorvl q̄nq; libras denarioꝝ ꝓsumētes. z vltra h̄ penas pecuniarias īponētes, ex q̄ tūc pfectꝰ z alij duplex lucz reportāt, ſ. penā īposita z vinū carioꝝ q̄ dignū est p̄cio exhibitū. Hocvinū iniq̄tatis bibētes tandē bibēt vinū infernale. de q̄ Deut. xxxij. Uua eoꝝ vua fellis z botr⁹ amarissimꝰ, fel draconū vinū eoꝝ: z venenū aspiduz īsanabile. Ecce triplex vinū. vicz naturale, cōpūctōis, z culpe siue infernale. Rogemꝰ ḡ deū z dñm nr̄m iesū xp̄m vt ad p̄ces mr̄is sue ꝯginis marie nobis det naturale vinū ad corpis necessitatē, cōpunctōis ad deletiōez pctōꝝ. z custodiat nos a vino diabolico culpez infernal pene. Qđ ipe p̄stare nob dignet q̄ est ideꝰ viuoꝝ z mortuoꝝ in secla bñdictꝰ. Amen.

℣ Dñica scōa post octauā Epiphanie.

Sermo XVI.

Domīe si vis potes me mūdare. Mat. viij. marci. j. z Lu. v. In p̄cedēti ser. p̄cedentis dñice audistis miraculū xp̄i dum esset xxxj. ānoꝝ z. xij. dieꝝ vicz quertēdo aquā in vinū. Et quō xp̄s cū mr̄e sua z discipulis ad suā p̄ntiā nuptias ornauerūt, et signāter p miraculū. z de triplicib⁹ nuptijs vicz dei mūdi et diaboli. Et de triplici vino in his trib⁹ nuptijs cū aliq̄bꝫ doctrinis De dignitate z excellētia mr̄imonij ex plib⁹ rōnib⁹. Et quō nuptie dei sūt q̄druplices, ſ. cū humana natura ī vtero ꝯginis marie, cū q̄libet fideli aīa sine pctō mortali. cū ecclia militante z cū eccl'ia triūphāte. Hodie autē p duo miracula nob oñdit q̄d facere debeamus vt ꝓueniam⁹ ad nuptias eccie triumphantis, i. ad societatē oīm btōꝝ. In hodierno aūt euāge, ꝓponunt nob duo miracula ex q̄b⁹ doctrinas recipiem⁹ quō z q̄ intētione deꝰ sit adorād⁹. Nā in ꝑmo miraculo leprosus docet nos q̄ in oī oratione debem⁹ nos ꝯformare diuīe volūtati di. Dñe si vis potes me mūdare. vbi. s. De h̄ aliq̄d dicēdo p gr̄a dicā Aue. ℣ Dñe si vis potes me mūdare. Circa h̄ thema ꝑmo ꝓposui dicere euangeliū ſm tex. Scōo quō p̄cipaliter duo in h̄ euangelio nob ꝓponunt. videlicz mūdatio leprosi: z curatio serui centurionis

paralitici. Tercio aliq̃ dubia ad ꝓpositũ p tinẽtia.

// Text⁹ euãgelij Math. viij. Marci. j. saltẽ sm̃aliter.

In illo t. Cũ descẽdisset ihesus de mõte secute sunt eũ turbe multe. ⁊ ecce leprosus veniẽs adorabat eu⁊ dicens. Dñe si vis potes me mũdare. Et extendens ihesus manũ tetigit eũ dicẽs. Volo, mũdare. Et ꝙfesti mũdata est lep̃ ei⁹. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris, sed vade oñde te sacerdotibꝫ ⁊ offer mun⁹ qđ p̃cepit moyses in testioniũ illis. Cũ aũt introisset capharnaũ: accessit ad eũ centurio rogãs eũ et dicẽs. Dñe puer me⁹ iacet in domo paralitic⁹ ⁊ male torqueť. et ait illi ihesus. Ego veniã ⁊ curabo eũ. Et respõdẽs centurio ait. Dñe nõ sum dign⁹ vt intres sub tectũ meũ sꝫ tm̃ dic ꝟbo ⁊ sanabiť puer me⁹. Nã ⁊ ego hõ sum sub ptãte ꝯstitut⁹ hñs sub me milites. ⁊ dico huicvade ⁊ vadit. ⁊ alio veni ⁊ venit. ⁊ seruo meo fac ℔ ⁊ facit. Audiẽs aũt ihesus mirat⁹ est: ⁊ seq̃ntibꝫ se dixit. Amẽ dico vob. nõ inueni tantã fidẽ in isrl̃. Dico aũ vobis q̃ multi ab oriente ⁊ occidẽte venięt ⁊ recũbẽt cũ abraam isaac ⁊ iacob in regno celoꝝ. filij aũt regni ei⁹ cient in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ ⁊ stridor dentiũ. Et dixit ihesus centurioni. Vade ⁊ sic̃ credidisti fiat tibi. Et sanat⁹ est puer ex illa hora. // Hystoria huius euãgelij facta est ãno xp̃i. xxxj. codẽ vicz anno q̃ ꝙuertit aquã in vinũ in mẽse Julio.

A Circa p̃mã partẽ de lepso notãdũ q̃ ad bonũ mgr̃m ptinet q̃ doctrinã suã faciens oñdat Jõ saluator nr̃ cũ ꝙsũmasset sermonẽ suũ in mõte thabor i galilea de octo btitudinibꝫ Mat. v. Vox descẽdit ad opationẽ signoꝝ. vt volũt Aug. ⁊ Chrys. ita fecit in ꝓposito dñs curãdo leprosum ⁊ ceteros infirmos. nob in exẽplũ vt cũ sum⁹ infirmi in aia ad xp̃m veniam⁹. Si aũt ex natura bruta aialia tpe infirmitatis q̃rũt remedia. dignũ est et rõni ꝙsonũ vt hõ rõe vtẽs sil̃r ℔ faciat. Und̃ vsus ꝫ febres comedit formicas. canis q̃rit herbã q̃ ventrẽ remollit Elephas si infirmitatẽ incurrit herbã medicinalẽ q̃rit. quã añꝫ comedat ꝓus ꝓsus celũ leuat. q̃si eã deo offerat ad bñdicendũ a q̃ auxiliũ postulat. Et sic q̃si a deo bñdicta herbã mãducat ⁊ sanitatẽ recupat. Cer ua si fuerit vulnerata herbã q̃rit q̃ ferrũ de corpe exeunt. q̃ g̃ faciũt bruta nõne facere dꝫ rõnal̃ creatura. Igit̃ dũ infirmitatẽ aĩe incurrim⁹ ad medicũ saluť accedam⁹ sic̃ fecit ihesus. ℔ Circa p̃mũ g̃ miraculũ euãge. vt dic̃ Bonauent. in ꝑmo. hodierne dñice tria nob sunt cõsiderãda in lepso ad nr̃am instructõꝫ. vicz infirmitas. labor et devotio Infirmitas apparebat in cute. ⁊ ℔ ibi. Ecce lepsus Labor i itinere. cũ dr̃. veniens. Devotio i adoratõne cũ dr̃. adorabat eũ di. Dñe si vis potes me mũdare. De primo nota q̃ lep̃ est infirmitas cutis. p qđ significat pctm̃ luxurie. ꝓpter fetorẽ. Alia ei pctã videnť maxie inficere mentẽ. sꝫ luxuria maxime fedat carnẽ. Un̄ elephas q̃n cũ vxore ꝯcubuit plm̃ũ se abscõdit nec ad socios suos redit donec laueť in flumie. Q hũana malicia. lauãt bruta corpora sua ne cognoscať eoꝝ luxuria. ⁊ nõ curãt se hoies lauare p ꝓfessionẽ ad fugiẽdũ ignẽ infernalẽ Quis docuit leenã vt q̃n cũ pardo ꝯcubuerit vt vir su⁹ ℔ scire nõ possit. nunq̃ ad eũ redit nisi ꝓus in aq̃ se merserit et bñ mũdatus erit ne fetere possit Verecundari g̃ dꝫ hõ si hmõi apta documẽta in brutꝫ sibi ñ assumit ad documẽta saluť. Scdo lep̃ nascit ex hũoribꝫ corruptis. ⁊ q̃tũ ad ℔ significat pctm̃ auaricie qđ directe ex rebꝫ corruptꝫ est generatum. ꝑm illud Jac. v. Diuitie vre putrefacte sunt. vestimẽta vr̃a a tineis comesta sunt. aurũ ⁊ argẽtũ vr̃m eruginauit. Ecce q̃nta ẽ corruptio oĩm ex q̃bꝫ sitꝫ incẽdiť auaroꝝ. Un̄ in figura dictũ est. iiij. Regũ. v. q̃ naaman syrus ꝓnceps milicie erat vir dives ⁊ dño suo regi accept⁹ sꝫ lepsus. Et in codẽ ca. dixit helyseus ad Gyezi puerũ suũ. recepisti argẽtũ et vestes tẽ. sꝫ lepra naaman adherebit tibi ⁊ tẽ. Dic hystoriã q̃ valet ad ꝓpositũ. Nã vtinã tales exemplo naaman venirẽt ad viꝝ dei. i. ad sacerdotẽ q̃ est loco dei. ⁊ ad ei⁹ imp̃ium sua pctã lauarẽt vt sic aĩe sanitatẽ recuparẽt. Tercio lep̃ est vicium qđ alios inficit. ꝓpter qđ Leuit. xiij p̃ceptũ fuit vt lepsi separenť a ꝯsortio aliorũ. Una enī ouis morbida a grege ẽ separanda ne sequať i oĩb corruptela. et p ℔ lepra significat pctm̃ lingue qđ nascit ex inuidia sꝫ detractio. Quis ei sic oẽs naturali⁹ inficit vt ille q̃ detractõibꝫ insistit q̃ alioꝝ bona corrodit: et laborat maculare ꝓximos suos. Un̄ sepe vn⁹ detractor totã ꝯgregatõꝫ in odio ponit. sepe totaꝫ ciuitatẽ ad periculũ

destructōis adducit, q3 dū odiū in cordib audiētiū ponit: ad homicidia eos inducit, ꝓpter ℔ Num. xij. dictuz est a dño aaron et marie, cūre nō timuiſt detrahere ꝓuo meo moysi. Et statī apparuit in maria candēs le pra, vñ expulsa est extra castra. vtinā tales hodie expellerent a castris. ℔ est aggregatio ne hoīm, z punirent nō solū ī pecunijs sed etiā in linguis. Si enī p q̄ ꝙs peccat, p hec z torquet Sap. xj. Ergo q̄ se et alios pctō lingue inficiūt: merito ī lingua puniēdi sūt Vñ apls ad Gal. v. Utinā et abscindant q̄ vos ꝓturbāt. Hec Bonauēt. vbi. s. Exemplū de detractore punito in lingua post mortē, qđ ponit in sūma p̄dicantiuz D. vj. xxij. Quidam post mortē vicino suo se ostē dit cū lingua lōga ardēte: z q̄i ad terrā pendēte, quā dentib ꝓtinue māducabat, z re q̄ situs q̄liter sibi eēt, rndit se esse dānatū. z re q̄ situs de cā. rndit. Hec pena cām ostēdit. In lingua peccaui alios comedēdo p detractionē. Jō sic sp linguā cū q̄ alios comedi māducabo. Vñ A poc. xvj. Cōmanducauerūt linguas suas p̄ dolore: z blasphemauerūt deū celi p̄ doloribz z vulneribz suis. L Scdo in leproso notat labor in itinere cū dr. veniēs. Pro q̄ dicit Bonauē. vbi. s. q̄ est nobveniēdū de auersiōe ad cōuersionē. de ꝙersiōe ad iustificationē, z de iustificatiōe ad eternā fruitōem, vt primuz sit incipiētiū. Scōm pficientiū. Tercium vero ꝙueniētiū. Dico g̃ q̄ est veniendū de auersiōe ad cōuersionē, vt q̄ a deo auersus est p pctm̄: cōuertat ad deū p pniam, nihil enī aliud est pctm̄ q̄s auerti ab incōmutabili bono z ꝙuerti ad bonum cōmutabile. Hoc vult ꝓpha Esa. lx. Veniēt ad te q̄ detrahebāt tibi z adorabūt vestigia pedū tuoz̄, ꝙus enī detrahebāt, q3 auersi, z postea adorāt: q3 cōuersi. Scdo veniēdū est a cōuersiōe ad iustificationē. Pri enī saltē fm intellectū est vt hō ad deū se ꝙuertat q̄s gratiā iustificantez accipiat. Ad ℔ nos inuitat xps Mat. xj. Venite inq̄t oēs q̄ laboratis z onerati estis z ego reficiā vos. O q̄s bēigna inuitatio. q̄s dulcis allocutio. q̄s acceptāda p missio: si adesset obeditio. Sz proch dolor q3 dei vocē nos tā misericordit inuitātē nō est q̄ audiat q̄n pot̄ audit falsus mūdus, magr diabol̄ būani generis inimic̄ q̄s xps p̄r z frater nr amātissim̄. Vñ Bern. Vocat mūd̄, vocat corp̄, vocat diabol̄, vocat xps. Mūdus dic. Venite ad me z ego deficiā. Corp̄ dic. Venite ad me z ego inficiā. Diabol̄ dic. Venite ad me et ego decipiā. Sz xps dic Venite ad me z ego reficiā. Tercio vēiēdū ē a iustificatiōe ad etnā fruitionē. Et hec est cōsūmatio et cōpletio oīs boni, nihil ei meli⁹: nihil vtili⁹ p̄t dici, nihil dulci⁹ p̄t cogitari q̄s sūmo bono pfrui Quātū aūt gaudiū, q̄ntū solaciū z delectamētū erit electis cū audiēt hāc vocē. Venite bñdi. pa. mei rē. Sed doloris q̄d infert repbis inuidia plenis, nulla lingua creata sufficit enarrare D Tercio notat ipi⁹ leprosi deuotio cū dr. adorabat eū di. Dñe si vis potes me mūdare. Dicit Lucas de illo leproso, q̄ erat vir plen⁹ lepra. Pro q̄ nō tandū q̄ cū lepra sit infirmitas incurabilis fm naturā. Accessit tū leprosus ad medicū q̄ eū medicina supnaturali curaret. Jō adorabat eū tanq̄s deuz genuflexo, sic dicit Dar. j. ca. Et cū verecūdia, q3 pcidit in faciē suam, vt dicit Lu. v. ca. Dixit g̃. Dñe si vis potes me mūdare, q. d. fm Orige. Voluntas tua op⁹ est, z opa tue volūtati obediūt. Cogitet hō hic de ꝓbis leprosi dicentis. Dñe si vis potes me mūdare, s. a pctis, q̄d sibi rndeat dñs. Nūq̄d dicit misericordissim⁹ saluator nr. volo, q3 ꝓpter ℔ mortez sustinui p te z oīb pctōrib. sed videas vt facias qđ in te est. nulli ei suffragat passio mea nisi se ad el⁹ fructū p̄cipiendū p̄parauerit: faciēdo qđ in se est. Ad ℔ aūt q̄ hō faciat qđ in se est q̄tuor dz obseruare. Primo verbū dei legere aut deuote audire. Scdo a doctis z deū timentib inq̄rere q̄d fm statū ꝙueniat saluti sue. Tercio dz a peccatis cessare z in bōis opib se exercere, vicz ī opibus miscōie corpalib z spūalib, q3 vnum pctm̄ est cā alteri⁹. Quarto se dz ad deuz z sctōs ei⁹ ꝙuertere p deuotas oīones vt cor ei⁹ illūiet. Et ad ℔ mltū valet attēdere tres ꝓpitates Cancel. parisien. vt iuxta illas vitā suā dirigat. Ex isto patz magā fides lepsi, q̄ nullo adhuc facto ī apto miraculo ex sola fama doctrie xpō credidit, q3 vt dic Aug̃ in histo. q̄ mūdatio lepsi fuerit p̄mū miraculū xpi p⁹ aptā suā p̄dicatōez, q3 licet pri⁹ ꝙuerterat aquā in vinū, tñ nō tūc apte p̄dicauerat, vt patz ī p̄cedēti dñica E Secūdo patz q̄ ille leprosus suā curatōz a tota

trinitate postulauit. Nã in eo q̃ ait dñe, tã
git psonã ẏbi siue filij. In eo vero q̃ ait, si
vis, innuit psonã spũssti. Qẏo addit, po
tes, designat psonaz pris. Et dicit Chrysо.
Nõ dixit xpo, si rogauer deũ: sed si vis po
tes, neqz dixit, dñe mũda me: sz ei totũ cõce
dit, z dñm eũ vocat z ptãtẽ vniuersoz ei at
tribuit. Dicit p̃ter Chrysо, in ß q̃ dicit, si
vis, nõ dubitat xpi voluntatẽ ad oñe op⁹
bonũ paratã, sed qz nõ oĩb expedit corpo
ral' integritas siue sanitas, nesciebat vtz ex
pediret ei curatio illa. Jõ dixit, si vis, q. d.
tu meli⁹ nosti si mihi expediat corpalis sa
nitas q̃s ego, credo qz qõ bonũ est vis, ig
noro aũt si mihi sit bonũ qõ desidero. Ec
ce quõ ille leprosus nos docuit orare et a
deo petere, ita q̃ semp p̃ponam⁹ diuinam
voluntatẽ nr̃e volũtati, z si sit ad dei laudẽ
z nr̃am vtilitatẽ petam⁹ qõ cupim⁹. Secq̃
tur curatio leprosi. Et extendẽs ihesus ma
nũ xc. Manũ inq̃z illã q̃ fabricauit celos z
terrã quã extẽdit largit' z misericordit'. Te
tigit eũ, vt tactu sue mũdissime carnis ma
culã lepre abstergeret, nec fecit õ legẽ q̃ p
hibeb tangi lepra Leuit. xiij. Nã sm Chry
so, ideo lex ß pcepit ne tangẽtes inq̃narent
q̃liter esse nõ potuit in xpo q̃ sordes mũda
uit, q̃ ß se oñdens esse dñm legis. Et dixit,
volo, mũdare. Tetigit etiã dñs leprosũ ad
nr̃am instructionẽ vt pauper imundos et
leprosos ẏpter xp̃m nõ abhorream⁹. De ß
Lancellari⁹ parisien. gerson ponit duo ex
empla de duob⁹, vn⁹ fuit sacerdos leprosо
rũ, q̃ ẏpter horrorẽ p fenestra audiuit cõfes
sionẽ z eucharistiã porrexit xc. Alĩ⁹ fuit ser
uus q̃ ẏpter horrorẽ noluit elemosynaz eis
porrigere, z ẏpter ß fact⁹ est leprosus. Sa
cerdos autẽ ex illo latere fact⁹ est leprosus
qõ auertit ab eis, z lat⁹ qõ ad leprosos cõ
uertit erat mũdũ. Jbi nota q̃ lepsus dixit
Si vis, si vis, sed dñs rñdit indicatiue
Volo Jtẽ lepsus dixit, potes, sz dñs impe
rat dicẽs, mũdare. Vñ sm Hiero, nõ est le
gendũ p̃iunctim, volo mũdare, q̃si ly mũda
re stet i infinitiuo, sed ẽ legẽdũ sepatim, vt pri
mo dicat volo, deinde impatiue subiũgat,
mũdare. Et sequit. Et ẏfestim mũdata est
lepra ei⁹. Vñ Orige. Leprosus nõ distulit
credere, iõ dñs nõ distulit mũdare, imo di
cit Chrysо, q̃ illa dictio ẏfestim, pferat tardi
us q̃ opus sanatõis fuerit factũ. Et ait illi

Vide ne dixer, s. ad vitãdũ vanã gl'iam, sz vade oñde te sacerdotib⁹. Hec aũt ẏba dic xp̃s cuilibet pctõri, vade oñde xc. q. d. va
de, i. noli stare in pctis, noli pniam pcrasti
nare sed deũ time, oñde, i. non occulta pec
cata tua et circũstãtias ei⁹ aggrauãtes xc.
te, i. nõ alios in ẏfessiõe accusando vl' ma
nifestãdo p verba vl' sig. sacerdotib⁹, i. illis
q̃ hñt ptãtẽ dimittẽdi pctã, sm illud Joh.
xx. Accipite spũm sctm. q̃z remiseri⁹ pctã xc.
Nõ mãdauit ei vt offerret pecuniaz more
medicoruz vl' alia dona, vl' quod ipm glo
rificaret corã hoĩb more phariseoz: sed vt
occultaret miraculũ nos instruẽdo: ne va
nã gl'iam de opib⁹ nr̃is q̃ram⁹. Postea dñs
iesus misit eũ ad sacerdotes vt offerret eis
mun⁹ in lege Leuit. xiiij. scriptũ. Et ß in te
stioniũ illis. Et ß iõ sm Chrysт, vt si postea
eũ expellere vellẽt ex inuidia z malicia quã
habuerunt ad iesum diceret eis, munera a
me tanq̃s a mõo accepist', quõ nũc me tan
q̃s leprosuz expellit? Hec de ꝑma pte euãge
lij de curatione leprosi. ℣ Quantũ ad
scdam partẽ de centurione notãdũ q̃ illud
miraculũ factũ est i capharnaũ, q̃ ẽ ciuitas
p̃ncipalis z nobilioz in galilea, in q̃ dñs cu
rauit seruũ centurionis quẽ dicit puez su
um, qz vt puez eũ dilexit. Vbi est ꝑsiderã
dũ q̃ ille centurio nõ accessit psonal', sz vt
dz Lu. vij. audiens tanta miracula de xp̃o
cũ bñret seruũ carissimũ, p̃rim morti misit se
niores iudeoz q̃ rogaret, p salute serui. Nõ
enĩ reputabat se dignũ p̃ntia xp̃i. Cũ autẽ
xp̃s cũ senioribus iret ad domũ ei⁹, ille ß au
diens misit ad eũ vt nõ declinaret ad suuz
hospitiũ, qz nõ esset dign⁹ eũ recipe: sed tm̃
imperaret ẏbor sanaret puer eius, qz dilexit
seruũ vt filiũ. Videãt g̃ q̃ seruos aut ancil
las infirmitate gũatos expellũt z de nulla
necessitate eis puident, quõ rõnẽ de ß xp̃o
faciãt. Sz di. tñ. Matthe⁹ dic q̃ centurio
accessit ad eũ, Vult Aug. q̃ accessit p nun
cios. Nã q̃ p alios aliq̃d facit: ipe facere vi
det. imo vult Aug. q̃ Matthe⁹ cõmenda
uit in ß fidẽ centuriõis, qz ille centurio ma
gis accessit ad xp̃m fide q̃s seniores iudeo
rũ accedẽtes ad euz corpal'r. Chrysт, tñ dic
q̃ ille centurio psonal'r accedere volebat ad
xp̃z. sz iudei q̃i blãdientes dixer q̃ ñ expedi
ebat q̃ ipe laborarz i trãseũdo, sz ipi ire vel
let z xp̃z adducere. Et sic matbe⁹ ꝑsiderata

volūtate centuriōis dicit q accessit ad Jesum recipiēs voluntatē p facto. Sequit g centurionis petitio rogās eū dicens. Dñe puer me⁹, i, seru⁹ me⁹ iacet in domo ⁊c. Ecce nō dicit iacet in hospitali: aut in platea. quēadmodū faciūt mali dñi q̄ seruos suos eīciūt cū cepint infirmari. Et non loq̄r de istis q̄ q̄nq̄ ad alia loca tales mittūt vt magis ⁊ q̄etius eis puideat, vl' rogante infirmo a seruitute ⁊ loco absoluūt. Sequitur Et ait ihesus centuriōi. Ego veniaz ⁊ curabo eū, q, d. Ego veniā psonal'r, nō mittam Petrū vl' andreā: ⁊ curabo eū miserīcorditer. Ibi dic Chrys⁹, q nunq̄ plus fecit dñs q̄ hic fecit. Nā vbiq̄ sequit volūtatē postulantiū. hic aūt p̄silijt. ⁊ nō solū curare p̄mittit: sed ⁊ ire ad domū. H Et ℞ pter duo. Primo ne videret despicere ꝺditōem serui. Nā ⁊ ipe cū esset dñs oīm: fact⁹ est p nobis ꝺuus. Scōo q̄ ꝑtutes centurionis ℞ merebant, s. fides. hūilitas. caritas et ei⁹ prudentia: vt ei⁹ domū intraret. Nō autez intrauit in domū reguli ad curādū filium ei⁹, sed reꝑbēdit regulū in q̄ non erat recta fides. vt ptz in euāgelio dñice, xxj. post pentheostes. Et habeb Joh, iiij. Cū aūt audiret Centurio dñm ad se venturū, oīdit suam magnā fidē ⁊ hūilitatē dicēs Dñe non sum dign⁹ ⁊c, reputabat enī se indignū, q̄ gentil' erat. Et sic ꝑsiderauit maiestatē diuinitatis xp̄i, q̄ forte idola in domo sua habebat. De ℞ ꝑbo Nō sum dign⁹ dicit Aug⁹, q fuit tante ꝑtutis vt xp̄s nō solū intraret hospitiū Centurionis, sed ⁊ ī corde ip̄i⁹ habitaret. Et q̄ ad recipiēdū corp⁹ xp̄i in sacro eucharistie null⁹ est dign⁹. Ideo ꝑm Orige, fideles cū ad mēsam xp̄i accedūt ꝑbis Centurionis instructi dicūt Dñe non sum dign⁹ ⁊c. vt vicz ꝑtute ip̄oz ꝑborū digni efficiant. Et subdit. Nā et ego hō sum sub ptāte ꝓstitut⁹ ⁊c, vbi arguit ꝑm Aug⁹, p locū a minori, ac si d. Si ego sub ptāte cōstitut⁹ habeo ptātē iubēdi, q̄nto magis tu potes cui fuūt oēs ptātes mōi ⁊c. Et sequitur. Audiēs aūt ihesus mirat⁹ ē ⁊c, vbi dicit Orige. Attēde q̄ntū sit ⁊ q̄le q̄ de⁹ mirat. Aurū, diuitie. regna, ꝓncipat⁹ in cōspectu ei⁹ sunt tāq̄ vmbra, vl' sic flos decidēs, nihil ℊ hoz in ꝓspectu ei⁹ est mirabile q̄si magnū vel p̄ciosum: sed tm̄ fides. Hāc mirat bonorificat ⁊ acceptabilez sibi estimat. Est tñ vez q ꝑs ꝓus oīa cognouit q̄ fierent. ⁊ sic nō mirabat tanq̄ de re incognita sed ad modū mirant⁹ se habuit vt nos instruere vt fidē hanc admiraremur, vt dic Aug⁹. Ecce q̄nta laus fidei, ⁊ p ꝑñs Centurionis. Sed di, nōne maior fides fuit ī ꝑriarchis ⁊ ꝓphis, ⁊ in btā ꝙgine et aplis. De ℞ dicit Piero, q ꝑbū xp̄i dicent⁹ Nō inueni tantā fidē ⁊c, intelligēdū est de p̄nūtib⁹, nō ꝺ oībus p̄terit⁹ p̄riarchis et ꝓphis q̄ fuerī fidei nr̄e ꝓncipiū, neq̄ de omib⁹ p̄nūtib⁹, q̄ excludunt illi q̄b⁹ loq̄bat vt aplī ⁊c. H Et ℞ g euāgelio p leprosuz ⁊ centurionē habemus plēs saluberrimas doctrīas. Prio q̄ leprosus docet nos orare ⁊ deū rogare, ad sensum sup̄ dictū. Et Centurio docet nos hūilitatē: reuerentiā ⁊ timorē ad deuz et ad corp⁹ xp̄i p̄cipiēdū seruare. Scōo doctria ex ꝑbo leprosi, dñe si vis potes me mūdare, q̄ valde necessariū nob est si grām ꝺsequi volum⁹ a deo vt ꝑus mūdemur in corde, q̄ null⁹ infundit vinū aut balsamū ad vas imundū, nullus serit triticū in agz plenus spinis ⁊ vticis nisi ꝑus eradicate fuerint, sic grām suā de⁹ cordi nō infundit nisi ꝑus purgatū sit a pctis ⁊ mūdatū. Ita vt p̄mus euellant⁹ spine malaz cogitationū ⁊ affectionū ⁊ carnaliū desideriozum ⁊c. Hec de scōo

I Quātū ad tercīū dubitat q̄d dz intelligi p puez centurionis. Rñr q ꝑ ip̄m intelligi p̄ōt q̄lib et pctōr mortalis. Et bñ pctōr puero cōparat ꝑpter tria. Prio q̄ sicut puer magis delectat in pomo q̄z in castro. sic pctōr plus delectat ī vili re carnali aut mūdana q̄z i deo. Scōo sic puer nō erubescit pudēda sua oīdere. sic pctōr nō curat ꝺ infamia sua. Tercio sic puer de leuib⁹ dānis plorat: et de magnis nō curat. ita pctōr nō curat dāna aie sue spūalia: sed corpalia ⁊c. Fuerūt aūt in puero siue ꝺuo centuriōis q̄tuor ꝺditōes q̄b⁹ se male habebat, ꝑ quas significat pctōr q̄ ex pctō mortali incurrit q̄tuor mala que in se habuit ille puer, vicz seruit⁹, impotētia ad opandū, timor et tremor, afflictio spūs. Pria g ꝺditio pueri est seruitus, q̄ erat ꝺuus cēturionis. ita pctōr ex pctō incurrit ꝑmū malū, s. seruitutē diaboli. Seruit⁹ aūt pcti est ꝓnitas ad peccandū. Qui enī facit pctm̄ seru⁹ est pcti Joh, viij. Peccatū autē cum homī dñatur: facit cum ꝓnū ad peccādū, vt ex vno pcto ad

aliud tendat, vt dicit Greg. Pctm̃ qđ per ꝓfessionē nō diluit mox suo pondere ad aliud trahit. Pctm̃ etiā vlterius deducit ad aliā seruitutē, s. diaboli. iuxta illud Hiere. xvij. Seruire te faciā inimicis tuis. i. demonibꝫ. z ibidē. xvj. Seruiet ibi dijs alienis qui nō dabūt vobis requiē die ac nocte. Secūdū malū ex pctō est ipotētia ad bñ opandū. qđ significat p ℔ q̄ seruꝰ centurionis iacebat in domo. Jacētes aūt nihil opantur nec opari pñt. Jacet aūt pctōr. qz nullū operari pt bonū meritorīū. Mā aliq̄n iacet ī ignē iracūdie, aliq̄n in luto luxurie, aliq̄n ī spinis auaricie. aliq̄n in mōte supbie vnde timet p̄cipitiū. z sic de alijs. Ecce q̄lem sibi fabricāt miseri pctōres lectū q̄ piculosum: certe tā malū vt tandē ex illo lecto trahant ad ifernalē lectū. De q̄ dr Esa. xiiij. Subter te sternet tinea: z vermes erūt operimētū tuū. Tercīū malū pctōris est timor z tremor. qđ significat p paralisim serui centurionis. Semp enī pctōr est ī timore z cōtinuo tremore. si dr q̄ det elēosynaz aut male ablata restituat timet ne sibi deficiat. si dr q̄ ieiunet: timet ne esuriat z corp̄ offendat. Si dr sibi q̄ ꝓficiat pctā sua timet devere cuncta. si dr q̄ faciat pniam z satisfactionē de pctis: timet afflictionē z incōmoda capitis z totꝰ corpis. Ecce quō pctōr tremet sicut paraliticꝰ. Sed de ill dr in ps. Trepidauerunt timore vbi nō erat timor. Quartū malū pctōris est afflictio spūs. qđ p hoc notat q̄ ille puer male torq̄bat in seipō. dicente Aug. i li. ꝓfes. Justisti dñe z ita est. vt pena sibi ipi sit oīs inordinatꝰ animꝰ. z hoc ꝑpter vermē ꝓscie q̄ sp pungit z rodit. Vñ Sap. xvij. Semp p̄sumit seua pturbata anxiꝰ est quō acq̄rat honores diuitias mūdi, oblectamēta corpis. z sic de alijs. Item male torquet q̄n ꝓsiderat turpitudinē vicioꝝ in q̄bꝫ iacet. et penas infernales q̄bus eternaliꝫ subiacebit si nō penitebit ꝛc.

Ex his patent q̄ttuor salubres doctrine quō z q̄bꝫ pctōr cognoscere p̄t statū suum. eē valde periculosum. De ℔ audite exēplum de stultitia pctōr. Vñ legit in vitaspatrum. vt etiā allegat Hugo de sctō victore q̄ angelus dñi apparuit sctō Arsenio ostēdēdo sibi fatuitatē z p̄culū pctōr. Unđ venit ad eū vox dicēs. Egredere foras z ostēdā tibi opa hoīm. Et surrexit z egressus est foras. duxit aūt eū angelꝰ z ostēdit ei ethiopē nigrū cū securi secantē ligna z facientē grandē sarcinā: z subleuare tēptabat sarcinā illā z p̄ magnitudine nō poterat portare eā. sed redibat z secabat iterū alia ligna et addebat sup sarcinā illā. Iterū oñdit ei alterū hoīem stantē sup lacū z haurientē aquā de lacu. z mittentē eā in collectacirlā siue vas pforatū. z q̄nto amplius ifundebat tāto maiorē labore habebat. z nihil aq̄ intus manebat. Iterū dicit ei. seqre me z oñdā tibi aliud. Et vidit q̄si q̄ddā edificiū templi: z duos sedentes in eius portātes sup scapulas vterq; lignū vnū longū volētes pariter ingredi p portā vnā templi hꝰ. Et nō p̄mittebat eos lignū qđ ex trāsuerso portabāt ingredi p illā portaz. Nō enī hūiliabat se alter alteri: sed ꝓtendebat pariter vterq; ingredi z nō p̄ualebāt. Exposuit g̃ ei has visiones dicēs. Qui ligna secabat z sp sup sarcinā adhuc magis addebat. est hō q̄ multis est pctis oneratꝰ z sup sarcinā suoꝝ pctōr. addit semp z ꝓtinue alia pctā. q̄ deberet potius agere p̄niam de pctis suis prioribꝫ. sed negligit emēdare vicia prioꝝ pctōr. Et magis addit alia pctā q̄tidie sup prioza Ille aūt q̄ aquā de lacu hauriebat hō est q̄ aliq̄ bona opatur. Sed qz etiā mala amplius opat. iō pereūt z delent illa bona opa q̄ fecit. Oportet g̃ hoīem vt dicit Apls cū timore et tremore salutē suā opari vt possit placere deo Qui aūt lignū portabāt hi sūt q̄ hñt iuguz sctōr monachoꝝ. sz iustificātes semetipos in corde suo cū exaltatiōe supbie nō humiliant inuicē. Iōq; ꝑpter supbiaz cordis sui remanebūt foris de regno xp̄i regis celorū exclusi. Inuocemus ergo dominū Jesum cum leproso vt aīas nostras mūdet a peccatis. vt sic mūdati mereamur p̄frui cōsortio beatorū. Amen.

Dñica tercia post octauas Epiphanie.

Sermo XVII.

Virgens Jesus

Simpauit ventꝰ et mari et facta est subito trāquillitas magna Mat. viij. Mar. iiij. z Lu. viij. Audistis in p̄tia dñica miracula q̄ dñs iesus fecit tris curando leprosū z puū centurionis. z p̄les in hoc saluberrimas doctrinas. signāt vt exemplo

leprosi nram volūtatem ꝓformem⁹ diuine voluntati. ⁊ exēplo Centurionis nos humiles ⁊ idignos gra dei reputem⁹ ⁊c. Hodie vero in euāgelio ostendit nobis p miraculū saluatoris nri qđ exhibuit in mari sedādo tempestatē magnaz, p qđ instruimur vt si insurgūt venti tēptationū a diabolo, a carne vel a mūdo in mari h⁹ mūdi, ad chri stū exemplo discipulo⁹ fugiam⁹, rogātes vt saluet nos ne pream⁹. Nō vt impetremus seq̄mur doctrinā apli i hodierna epistola ad Roma. xiij. scripta. Diligēdo pximos nros, q⁹ diligēdo pxim legē implem⁹ ⁊ oia dei p̄cepta custodim⁹. Hā diligendo pxim ordinate ꝓpter deū, deū magis diligimus ⁊ in nullo pxim offendimus. Et sic a deo grām in tēptatōib⁹ obtinem⁹ duz surgūt venti tēptationū, subito enī dns ihesus potēs est facere tranq̄llitatē magnā vbi supra. ℣ro gra Aue ma. ℣ Surgens ihesus imperauit vent⁹ ⁊c. ℣rio ꝓposui dicere euangelīū fm textū. Et q̄n dns ihesus ꝟ miracula fecit. ⁊ vbi. Scđo euāgelīū i tres partes distinctio, vt ptz. Tercio alīq̄ dubia ad ꝓpositū dekuiētia. ℣ Text⁹ euangelij. In illo t. Ascendēte ihesu in nauiculam secuti sunt eū discipli ei⁹. Et ecce mot⁹ magn⁹ factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctib⁹, ipe vero dormiebat. Et accesserūt ad eū discipuli ei⁹ ⁊ suscitauerūt eū dicentes, Dne salua nos perim⁹. Et dicit eis, q̄d timidi estis modice fidei. Tūc surgens imperauit vent⁹ ⁊ mari: ⁊ facta est subito tranq̄llitas magna. Porro homines mirati sūt dicentes. q̄lis est ꝟ qz ⁊ venti ⁊ mare obediūt ei, vbi supra. A Diceret q̄s, q̄n ⁊ vbi dom⁹ ihesus fecit ꝟ miraculū. Rñr q̄ historia hui⁹ euangelij facta est. ij. kal. Augusti anno pmo p̄dicatōnis sue cū erat triginta vni⁹ ānoz⁹ vicz vltima die iulij Et est factū in mari galilee. Tñ añ pns euāgeliū dicit Matthe⁹ q̄ cū ihesus multos infirmos curasset ⁊ multa mirabilia fecisset, iussit discipulos ire trās fretuz, ⁊ ipe cū eis ascēdit in nauiculā, p ꝟ docēs nos vt ait Chrysost, nihil ad ostētationē facere Volēs etiā p hoc vt dicit Remig⁹, q̄si hō turbaz importunitatē declinare Legit aūt dns tria refugia habuisse q̄n declinare voluit a turba. s. nauim: montē ⁊ desertū. Ita et nos cū opprimimur malis cogitatōib⁹ ⁊ grauib⁹ tēptationib⁹ siue aduersitatibus resurgere debemus ad desertū pnie. ad nauē dnice crucis. id ē xpi passionē meditādo. ⁊ ad montē superne beatitudinis celestia gaudia ꝓtēplādo. Cū tēptamur ad pcm̄: fugiam⁹ ad desertū pnie. Cū sum⁹ i aduersitate: fugiam⁹ ad nauiculā crucis. Cū sum⁹ in ꝓsperitate non obliuiscamur eterne btitudinis. Sic itaq̄ cū dns oprimeret a turbis ascēdit in nauiculā. Quia enī ꝓus multa ⁊ magna fecit mirabilia in terr⁹: ascēdit siue trāsijt ad mare. vt ibidē sil'ia aut maioza faceret q̄tenus terre marisq̄ dnm se ostēderet. Hec ō ꝓma pars ℔monis. ℣ Quātū ad secūdā partē ℔monis notādū q⁹ ꝟ euāgelium ꝓt distingui in q̄tuor particulas, in q̄b⁹ nobis q̄tuor mystice ꝓponunt ad nostrā doctrinā vt ptz in ꝓcessu. Primo igressus xpi ⁊ discipulo⁹ ei⁹ in nauiculā, p quā intelligitur pnia. Scđo periculū in mari rōne cōmotiōis, ibi. Et ecce mot⁹ magn⁹ fact⁹ est in mari ⁊c. p qđ significat tēptatio. Tercio ihesu a discipl' excitatio ad saluādū eos, ibi Et accesserunt discipuli ei⁹ ⁊c. p qđ significat misericordial' subuentio. Quarto miraculi opatio, p qđ significat xpi vniuersalis dnatio. ibi. Tūc surgens imperauit vent⁹ ⁊c. De ꝓmo notandū q⁹ dns ihesus vt ver⁹ hō humana opa fecit. Ydo trāseundo de vna parte stagni ad aliā: nauicula indiguit, nauiculā ascendit: ⁊ in nauicula obdormiuit sed vt ver⁹ de⁹ creatur⁹ imperauit: ⁊ obediūt ei ⁊ nullius opus habuit. Et iō inq̄ntū xp̄s erat de⁹ nō indigebat naui, sz nauis indigebat xp̄o ne i fluctib⁹ submergeret, qđ p effectū postea patuit. Hec etiā inq̄tū deus dormiuit nec dormitauit, fm illud ꝓ. Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet q̄ custodit isr'l. Quāuis enī xp̄s potuit supra mare ābulasse sicut alia vice fecit, vt ptz Marci. vj. Quarta aūt vigilia noctis vēit ad eos ambulās sup mare, tñ voluit nauigio ad illā terrā venire qz nāc hūana: nunc diuina opa ostendebat vt se verū deū ⁊ verū hoiem approbaret, vt daret nob exēplū q⁹ in his q̄ possum⁹ opari p nos non debem⁹ tēptare deū diuīe, puidētie nos cōmittētes, sic aliq̄n faciūt infirmi q̄ auxilio medicoz⁹ possēt curari ⁊ nolūt sz deo cōmittētes, vel aqs p modicū spaciū circuire sine piculo. ⁊ do se cōmittētes intrāt, pfundū, ⁊ plures ex hoc

submergunt, sic t xps ñ volauit sz cũ alijs nauigauit. Sic t nos in mari b⁹ secli debem⁹ nauigare t remos accipe t bõa opa ri. ℒ Scdo in euãgelio tangit pericu lũ maris cũ dr. Ecce mot⁹ magnus factus est in mari. Hoc aũt factũ ẽ subito t ip̃roui se. Cũ enĩ ꝓus eẽt trãq̃llitas facta ẽ magna commotio in mari p xpm licet dormiebat. Eleuabant enĩ ꝓcelle in magna altitudie supra nauiculã, ita vt videret ire in ꝓfun dũ. Jõ dic euãgelista. Jta vt nauicl'a ope riret fluctib⁹. Sic g subito eleuabat naui cula t descẽdit, t sic exagitata fluctib⁹ reple bat. Hec sunt mar⁹ picula vbi nec portus ꝓfugiũ: nec hoim adiutoriũz bñ põt: q̃ ne mo scit nisi q̃ expert⁹ est. Jbi dicit Orige. Res mirãda atq; stupẽda q̃ ille de q̃ dr in ps. Ecce nõ dormitat neq; dormiet. nunc dormire dr, sed licet dormiret corpe: vigila bat tñ diuitate. ĩmo etiã ꝑm portionẽ anie supioẽ sp vigilabat. q; ꝑm eaz clare intue bat diuinã essentiã. q; xps vt hõ sp fuit ꝓ be beatus t ver⁹ cõprehẽsor. Jõ ipe dic Can ticoz. v. Ego dormio t cor meum vigilat. Dormiuit aũt vt se vez hoiem demõstra ret t discipl'oz corda ꝓbaret. nõ q; ipe cor da eoz igraret: sz vt ipi seipos agnoscerẽt. Scdo vt mag⁹ timeret t sic eos ad oronez ꝓuocaret. Si enĩ vt ait Chrys. eo vigilãte tẽpestas facta esset: vl' nõ timuissent: vel nõ orassent t rogassẽt. Ecce iã ptz q; dñs vult adorari et rogari ĩminẽte piculo. nõ vt hõ q̃rat auxiliũ demonũ t superstitiosorũ. Ter cio dormiuit vt tãto mag⁹ suã potentiã de monstraret. q̃ mag⁹ claruit in eo q; mox ex citat⁹ impauit vent⁹ t̃. ℒ Sz di, q̃s vtrũ hec tẽpestas fuerit naturalr vl' mira culose exorta. Rñr q; nõ naturalr sz mira culose t virtute t volũtate xpi fiebat. q̃ pro ducit vẽtos de thesaur⁹ suis. Haz natural' causa tẽpestatis vl' cõmotõis mar⁹ q̃nq; ẽ q; radij lune t supioz corporum resoluunt vaporẽs a fundo terre t aq̃, nec ad plenuz eos ꝓsumũt vl' ad aerem cõplete extrahere pñt q̃n remaneãt aliq̃ infra corp⁹ maris t expellunt aq̃s maris de locis suis, et gene rant ãpullas t tumores in corpe mar⁹, ad quã etiã cõmotionẽ vẽti certãtes faciunt q̃ monẽt interdũ nõ solũ leuẽ superficiẽ aq̃: sed etiã q̃ in tra fundata sunt ꝓcutiũt. Sic aũt nõ generabat hec tẽpestas: sz supnaturalit volũtate xpi vt sup̃ dr. Dicit aũt in euãge lio. Facta est ãt tẽpestas magna. Et ꝑ iõ vt magnũ opus oñderet. q; q̃nto magis flu ctus nauicule irruebãt: tãto mag⁹ discipu los timor ꝓturbabat vt pl⁹ se desiderarẽt li berari p miracula saluatoris. Facta ẽ g̃ cõ motio maris vt discipl'i timerẽt: et timẽtes xpm inuocarẽt. inuocãtes liberarent, libe rati mirarent, mirãtes in fide firmarentur Hec Orig. ℒ Tercio in euãg. tangit excitatio iesu a discipul' cũ dr. Et accesserẽt discipli ei⁹ t̃. Accesserũt enĩ ꝓident tanq̃ ad eũ a q̃ liberari possent a piculo. ꝼm illõ ps. Accedite ad eũ t illuminami: t facies vre nõ ꝓfundent. t suscitauerũt eũ. poterãt enĩ dicere. Exurge q̃re obdormis dñe. Circa ꝑ dicit Cyrill⁹ q; discipli nõ stati excitaue runt xpm cũ cepit oriri tẽpestas, sperantes alio mõ euadere piculuz, sz q̃ magnitudo piculi eis tantũ timorẽ incussit vt nll'a alia spes salut⁹ esset nisi a deo. tũc excitauerunt xpm. Credebãt xpm se posse iuuare, sed eo dormiẽte tẽpestatẽ igrare, ĩmo vt dic Orig. tanto metu discipl'i fuerũt cõterriti t pene aio alienati vt irruerẽt in eũ et nõ modeste ac lenit⁹ sed turbulent⁹ suscitarẽt: dicẽtes al ta voce. Dñe salua nos perimus. ac si dice rẽt. in mãu tua est sal⁹ nra. g̃ nisi tu nos ad iuueris oẽs submergemur. Et rñdit iesus. q̃d timidi est⁹ modice fidei, vtiq; modice fi dei erãt. q; putabant se posse piclitari põte xpo. Jõ dicit Orig. O vecordes discipuli saluatorẽ vobiscũ habent⁹ t piculũ timetis. Vita vobiscũ est: t de morte sollicitati estis. Quarto in euãge. ostẽdit miraculi opatio. ibi. Tũc exurgẽs impauit vent⁹ vt flare ces sarent t obediuerũt ei, ꝼm illud ps. Ignis grando niz glacies spũs procellaz. q̃ faciunt verbũ eius. Et subito facta est tranq̃llitas magna. s. aeris t maris. ꝼm illud ps. Tu dñaris ptãti maris: motũ autẽ fluctuũ ei⁹ tu mitigas, vbi dic Chrys. Cũ naturalr tẽ pestas terminat tunc adhuc ad multũ tps aque ꝓcutiunt. Hic autẽ sil'oia cessauerũt vt nec semita nec vestigiũ alicui⁹ ꝓturbati onis remaneret. qõ erat valde extraneum. Ecce dñatio xpi vniuersal'. Jõ sequit ꝓ pro ro. i. valde hoies q̃ vicz erãt in nauí mirati sunt dicẽtes. Qual' est hic q; t venti t ma re obediũt ei. s. tanq̃ domino t creatori suo. Hõ dixerũt hec interrogatiue ꝼm Orige.

sed assensitiue, q̃si dicant ãmiratiue Ille talis z tã magn⁹ est q̃ venti et mare obediũt ei: Qualis g̃ est iste. i. q̃ magn⁹. q̃ fortis, q̃ magne potẽtie, p̃cipit enĩ creature z nõ supergredit p̃ceptum ei⁹. soli g̃ hoĩes resistũt dei p̃ceptis: z ei⁹ ꝓsilijs nõ acq̃escũt, vt dicit Origẽ. ¶ Et h̃ ptz q̃ si hõ nõ fuisset inobediens suo creatori: oĩs creatura ei obediens fuisset, imo q̃ plus est si liceat loqui. de⁹ obediens fuisset homi. sed ꝑter inobedientiã hoĩs oĩs creatura facta est illi inobediẽs Et ipe hõ fact⁹ ẽ sibi inobediẽs q̃ caro ꝯcupiscit z rebellat aduersꝰ spm̃ z̃ẽ

¶ Et oĩbꝫ istis ptz q̃ vltimũ et p̃ncipale remediũ in⁊ periculis: in mari: in tẽpestate: in aduersitate z tribulatiõe est ꝓfugere ad deũ oꝛoniby deuotis. Vñ legit Jone. j. q̃ naute p̃mo clamauerũt ad dñm et deũ suum. Scõo ꝓiecerunt vasa in mare. Tercio ꝓiecerũt Jonam ꝓphãm in mare. Quarto vouerunt vota dño. Clamare ad deũ est deuotꝰ oꝛoniby ipm excitare dicendo. Exurge dñe adiuua nos et libera nos ꝑter nomẽ tuũ. Scõo vasoꝝ ꝓiectio ẽ ele mosynaꝝ largitio z tpaliũ abiectio. Ꝓroiectio Jone in mari est filiũ dei nob in mari tribulatiõis associari: dicẽdo, dñe ꝑt nos est oꝛta hec tribulatio tempestatis, q̃ ꝑter odiũ diaboli ꝓtra deuꝫ: insurgit ꝓtra nos vota facere vt cõpleant, alias meli⁹ eẽt nõ vouere. Ita debem⁹ nos facere q̃n in mari hui⁹ mundi insurgit aliq̃ tempestas: siue generalꝫ siue particularꝫ: debem⁹ facere vt discipuli fecerũt, s. recurrere ad x̃pm ꝑ bona opa: z ipm excitare dulciter oꝛoniby deuotis: dicẽtes, salua nos perim⁹ Hec de se cũda parte. ¶ Quãtũ ad terciã partẽ sermõis dubitat q̃d intelligere debeam⁹ ꝑ nauiculã in h̃ euãgelio. Ad h̃ dicẽdum est q̃ q̃druplex est nauicula x̃pi spũaliꝫ loquẽdo, vicz crux, eccl̃ia, fideꝫ aĩa, pnĩa. Prima nauicula x̃pi ꝛm Rabanũ quã x̃ps ascendit est arbor crucꝭ. Hec nauicula sctẽ crucꝭ fuit supi⁹ z infer⁹ stricta siue añ z retro ad modũ nauis. z in medio lata, tam stricta q̃ caput nõ habuit q̃ se inclinaret Mat. viij Vulpes foueas hñt z̃ẽ. Et tã stricta q̃ pedes insiꝫ cõfixi sunt nõ hñtes sufficientẽ locũ. z tã ampla q̃ man⁹ violent tracta est ꝑter latitudinẽ z distantiã foramis. saltem man⁹ sinistra q̃ erat scõo affixa. Hui⁹ nauicule auxilio fideles trãsfretatis mũdi fluctibꝫ ꝓueniũt ad portũ celestꝭ patrie. Ascẽdente g̃ x̃po in hãc nauiculã secuti sunt eũ discipuli ei⁹, q̃ omẽs ad tormẽta z vsq̃ ad mortẽ fuerũt eũ imitati Vñ aiebat ad eos z ꝓseqũter ad nos oẽs. Qui vult p⁹ me venire abneget semetipm z tollat crucẽ suam z seqũtur me Mat. xvj. z Lu. ix. Cũ g̃ x̃ps in cruce posit⁹ fuisset, mot⁹ magn⁹ factus est in mari h⁹ mũdi. q̃ cõmote sunt mẽtes discipulorꝫ de passiõe ei⁹. Magn⁹ etiã fact⁹ est in mũdo mot⁹, q̃ tenebre facte sunt sup vniuersaꝫ terrã. velũ tẽpli scissum ẽ in duas partes a sũmo vsq̃ deorsuꝫ, terra mota est z petre scisse sunt Mat. xxvij. Et tñ dura corda pctoꝝ ad pniam scindi nolũt. Ecce q̃ magn⁹ mot⁹ fact⁹ est ĩ mari hui⁹ mũdi, imo tã magn⁹ q̃ nauicula x̃pi opta est fluctibꝫ, q̃ x̃pi crux sanguine ꝑfusa fuit Bene operiebat nauicula fluctibꝫ, q̃ tanta vis ꝑsecutiõis circa x̃pi crucẽ fuit vt q̃si mentes oĩm ꝓtra ipm fluctuarẽt. Mã ꝑtercũtes eũ blasphemabãt, latro crucifixus deridebat. discipuli trepidabãt, z facta est crux x̃pi in deis scandalũ, gentibꝫ autẽ stultitia. Ecce q̃ntis fluctibꝫ hec nauicꝫa opiebat. Sz inter hec oẽs ꝓmotões ipe dormiebat, suũ ãt dormire mori est. Excitãt ãt discipli dñm: duꝫ turbati mẽte maxis desideri oꝛũ clamoribꝫ resurrectionem efflagitabãt: dicẽtes, salua nos resurgẽdo, q̃ perimus ꝑturbatõe mortꝭ. Ipse vero resurgẽs primo increpat ipoꝝ modicã fidẽ. Exprobrauit enĩ incredulitatẽ illoꝝ: z duriciã cordis eoꝝ Mar. vltõ. Imperauit ventꝭ q̃ diaboli supbiam strauit. Imperauit z mari. q̃ vesaniã iudeorũ cõpescuit. Et facta est tranq̃llitas magna q̃ sedate sunt mẽtes discipl'oꝝ visa eius resurrectõe. Nos ꝛo hoĩes vidẽtes hec oĩa dicim⁹, q̃lis est h̃ z̃ẽ. Sz attẽde tu pctor q̃cũq̃. bñ mirarꝭ x̃pi potẽtiã, ei⁹ acerbissimã mortẽ z resurrectionẽ: z nõ cõpateris sibi. Ille ei⁹ sanguinẽ fundendo te redemit. Ille pauptate vixit, ꝓba z ꝓbera durissima ꝑ te sustinuit, z tu in voluptate viuẽs vis ab eo ꝓcipe p̃mia eterna. Hõ sic ait dñs vt. s. q̃ vult post me venire tollat crucẽ suã z̃ẽ. ꝑ multas tribulatões oportet nos intrare in regnũ celoꝝ. Act. xiiij. Ecce oportet ẽ ꝓbuꝫ necessitatꝭ. q. d. ibidẽ paul⁹ z barnabas, sine multꝭ tribulatõibꝫ patienꝫ gratis impos

sibile est hoiem in vitā eternā introire. ¶ Scōa nauicula est ecclia fideliū. de qua ꝓuer. xxxi. Facta est q̄si nauis institoꝝ. i. mercatoꝝ ꝺ lōgo portās panē suū. In hac naui ꝑm glo. ꝓtinent fideles. q̄ cū xp̄o p̄ mare hꝰ secli ad regnū celoꝝ ꝓueniūt. Ista āt nauicula parua è ⁊ stricta añ ⁊ retro. mediū hns latū. ꝓncipiū ecclie multꝝ ꝑsecutōibus tyrānoꝝ angustiatū est. ⁊i sine angustiabit ecclia ꝑsecutōne antixp̄i. In medio aūt tpe ecclia hz magnitudinē. q̄ multiplices sūt fideles: saltē noīe. q̄ multi xp̄iani dicunt. Et ipa ecclia hz magnas ⁊ latas possessiōes. sz attendēdū est q̄ mediū nauicule licz sit latius extremitatiby. est tñ debili. Sic ⁊ eccleſia licz nūc habeat magnā latitudinem. valde tñ debil est. Flectunt ei hodie xp̄iani ⁊ ꝓcutiunt vent. tēptationuz ad q̄slibet delectatōes. flectunt plati ex affluētia rerū tpaliū ⁊ bonoꝝ ac ptātis ecclīastice. q̄bus mutant ad vanitates ⁊ insanias falsas. Jō valde timēdū est hodie ecclie dei ne illi qui sunt i medio nauis ad sentinā ducant ⁊ labant. hanc itaq̄ nauē xp̄s ascēdit. q̄ ipe est gubernatoꝛ ecclie in q̄ discipli ꝓtinent. Hz ꝓtra ecclīam flāt vēti validi ⁊ varij. tā gentiliū q̄z hereticoꝝ q̄z etiam maloꝝ xp̄ianoꝝ ⁊ ꝓncipū tyrānoꝝ. Ūñ eleuant fluct. cōtra ecclīaz. vt sic nauicula q̄i operiat fluctiby. qđ veraciꝰ p̄rioribꝫ tpib accidit. ⁊ etiā eueniet i fine ⁊ ꝑsus finē mōi. Hz int hec xp̄s dormire videt ⁊ nō attēdere. q̄ vt dic Orige. patientiā bonoꝝ ⁊ pniam ꝑioꝝ de⁹ expectat. Et q̄ntūcūq̄z hec nauicla xp̄i agitet vel fluctiby opiat. tñ submergi nō pōt. Jō hñ sigta est p archā noe ⁊c. Ūñ q̄dā ait imperatoꝛi ecclīam ꝑseq̄nti hos ꝑsus. Piter. incassuz nauē submergere petri. Fluctuat ⁊ nunq̄z desinit esse radix. Et h xp̄o imperāte ventis. i. demoniby ⁊ eoꝝ mēbris siue mal hoiby etiā q̄litercūq̄ī petētiby ℟

Tercia nauicula est q̄libz fidel aīa. Ūñ Aug. sup Joh. dicit q̄ nauicula xp̄i sit q̄libet fidel aīa. Dec nauicula mari exponit. q̄ corpi sociat. Vere enī corp⁹ nr̄m ē mare. q̄ oīa opa ei⁹ amaritudinē habēt admixtā. In hāc nauiculaz xp̄s ascēdit. cū ibi p gram inhabitat. Sequunt aūt discipli. i. tres ꝓtutes theologice. fides. spes ⁊ caritas. Et q̄tuoꝝ ꝓtutes cardiales. prudētia. iusticia. tpantia. fortitudo. Et septē dona spūs sancti. s. donū sapie ⁊ intellect⁹. ꝺ silij ⁊ fortitudinis. scie ⁊ pietatis. ⁊ timoris dñi. Ecce q̄z pulchra xp̄i comitiua. Sed nec ista nauis pōt sine fluctuatōe trāsire. Flant ei vēti tēptationū. oriunt vnde passionū. Flam ista nauiculā cōmouēt vēti. i. exteriores demonum impulsiones. Et vnde. id est interiores vexationes carnales. Et nōnūq̄z est tant⁹ tēptationū ipet⁹ q̄ q̄i aīa opit fluctibus vt sit in piculo ꝺsentiēdi carnalibꝫ desideriis q̄ militāt aduersus aīam. Magna vnda est carnal⁹ ꝺcupia. magna vnda tpaliū rer⁹ indigētia. magna vnda. tribulatio. ꝑsecutio. expoliatio. ⁊ silia. ex q̄bꝫ timendū est ꝓtutes ⁊ dona piclitari. Hz xp̄s tūc dormit. eo q̄ ipe ꝑm hylariū somno nr̄o somniatur in nob. ita q̄ videat nos dereliq̄sse. sz nō est ita. imo ipe ꝓmisit dicēs in ꝓs. Cū ipo sum in tribulatōe: eripiā eū et glorificabo eū. Et iō redeūte aīa ad se ꝓtutes ⁊ dōa excitant dñm. Fides ei dicit. Credo te dñe posse succurrere. Spes dic. spero q̄ iuuabis. Caritas dicit. oīa ꝓ te suffero. Prudētia dicit. me tibi cōmitto. Justicia dicit. digne dñe hec sustineo: sed misēdia tua adiuuabit me. Fortitudo dicit. oīa patient suffero. Tpantia dicit. oīa mihi suggesta abhorreo. Dona etiā spūsci postulāt adiutoriū gemitiby inenarrabilibꝫ. vt dicit aplus. Dēs q̄ ille ꝓtutes voce grādi exclamāt dicentes. Dñe salua nos p̄im⁹. Tūc xp̄s oēz turbulētiā sedat. Exteriores vent⁹ demonū cōpescit. Fluct⁹ carnis ꝫ aīam se erigētes mitigat. ⁊ sic fit mag trāq̄llitas int corpus ⁊ aīam. ita vt ipe tot⁹ hō miret ⁊ dicat Qual est h misericordissim⁹. potētissimus dñs. q̄ mare ⁊ vēti obediūt ei. Hec de tercia nauicula. ¶ Quarta nauicula est pnīa. Dicit aūt pnīa nauicla triplici rōne. Prīa est q̄ pnīa ad instar nauis i ꝓncipio est stricta nō assuet icumnare nec orare nec eleosynā dare vl ciliciuz portare ⁊c. Stricta est sz paulatī dilatat. q̄ q̄ hō ē iā assuetus nō tm̄ guat. Hz in fine restringit. s. i senectute ꝓpter tediū. sz nō tm̄ q̄ntū in ꝓncipio. Scōa rō est ꝓpter officiū nauis. s. trāsfretādi ⁊ portādi merces de vna patria ad aliā. sic nos pctōres cuz nauī pnie oportet transfretare de ista tra ad patriam paradisi: ⁊ portare ibi merces meritoꝝ. virtutū ⁊ bonoꝝ opeꝝ. Tercio rōne ꝑiculi. q̄ na-

Quantū ad tertiā partē sermonis est dubitatio. Exq̄ duo sunt articuli fidei. vnus de christi passiōe z morte, alter ō ei⁹ resurrectiō e, quis tñ illoꝝ est maiorꝭ meriti ad credenduz. Ad ꝟ dicenduz q hi duo articuli sunt pariē necessariū ad credenduz adulto, ꝛz i vno eoꝝ maior existit laus maiꝰ q̄ meritū q̄ in alio, q̄uis enī necessario debem⁹ credere christū esse mortuū: z christum resurrexisse: q̄ credere ipm esse mortuum. Patet ꝟ p beatū Aug⁹, sup ps, dicēs christū esse mortuū, z paganus credit z iudeus, z ꝟ tibi p crimine obꝟciūt, quia in mortuū credidisti. Laus tua est credere resurrexisse a morte. Est tñ notandum ꝑm Grego, in Omel, euāgeliū paschalis. q due sunt vite. Una mortal' corruptiua z plena penis: tribulatōib⁹: miseriꝭ z defectibus. quā bene nouim⁹. Alia ꝟo est imortalis et sine penis: multū gaudiosa z absq̄ oīb⁹ malis, tam aīe q̄ corpis, z illā q̄ndaz nesciebam⁹ nec adhuc ꝓfecte noscim⁹. Has duas vitas christ⁹ dñs in se suscepit. Primo primā in vtero ꝟginis marie: et illā assumpsit sponte z volūtarie, ꝓpter nos, voluit enī esse defectuosus: passibil' z mortalis vt vere diceret frater nr̄. Naz vt dicit mgr in, iij, sñiaꝝ dist, xvj, christ⁹ assumpsit nr̄os defect⁹ ꝓter pcm̄, vicz famem: sitim: frig⁹: estus: dolores: timores: tristiciā zc. Et hāc vitā habuit christ⁹ ab instāti sue ꝯceptōis vsq̄ ad ꝓfectā ꝯsūmatōnē opis nr̄e redemptionis in morte. De hac vita dicit magister vbi sup in se, ca. q christ⁹ de oīm statu bonis aliq̄d accepit, q̄ venit oēs saluare. Sunt autē q̄ttuor stat⁹ boīs. ꝑm⁹ añ peccatū, scōus post pcm̄ z ante gr̄am, tertius sub gr̄a z q̄rtus in glia. De ꝑmo statu accepit immunitatē peccati: sicut z tunc adam fuit immunis a pctō. De scōo statu assumpsit nr̄as penalitates et defect⁹ vt sup. De tertio ꝟo assumpsit gr̄e plenitudinē. De q̄rto nō posse peccare, z dei ꝓfectā cōtemplationē. Habuit enī sil' quedā bona vie et q̄dā bona patrie: sicut z q̄dā mala vie. Hec mgr di. xvj, tercij sñiaꝝ. Scōam vitā, s. impassibilē z imortalē assumpsit in ei⁹ resurrectione: z ipam resurgēdo oñdit. Et hanc vitā christ⁹ dñs ꝓmisit dare in ꝑmiū oīb⁹ electis, ꝟtuosis z ꝑbis boīb⁹ q̄ hic obtemperant sue diuīe volūtati: z se eius passiōi et morti finaliť ꝓformant. Hanc vitā ante christū dñm nullus habuit, licz multi ꝑus a morte resurrexerunt tpe helie z helizei: et tres mortui q̄s christ⁹ resuscitauit. tñ non resurrexerūt ad vitā imortalez. Ideo dicit apl's, j. ad Coꝝ. xv. Nūc autē christ⁹ resurrexit a mortuis ꝑmicie dormientiū. i. ꝑm⁹ ex dormiētib⁹ siue mortuis ad vitā imortalem. Ꝟro q̄ est aduertēdū q sicut hō est cōpositus ex corpe z aīa, sic ad illā scōam vitā duo req̄runť, scz beatitudo corpis z aīe. Primo req̄ritť ad eā beatitudo aīe: q̄ ꝓsistit in clara dei visiōe, in ꝟ vicz q ipa aīa clare noscit z videt diuinā essentiā z ipaz pfecte diligit, ex q̄bus ipī aīe erit tantū gaudium q nulla lingua sufficit illud explicare. Hanc āt felicitatē tā hñt oēs btē aīe, de q̄ ad ꝑsens supsedeo. Scōo ad hāc scōaz vitam req̄ritť beatitudo corpis. quā scti post resurrectionē generalem oīm boīm habebūt, et hec ꝓsistit in q̄ttuor dotib⁹, i. in q̄ttuor notabilib⁹ et excellētib⁹ bonis, q̄b⁹ christus dñs ver⁹ sponsus ecclie dotabit i nouissimo die suā sctām sponsaz eccīam, hoc est oīm sctōs in corpib⁹ eoꝝ. ex q̄b⁹ dotib⁹ corpus cuiuslibz sancti venustissime et ornatissime decorabitť. Hanc beatitudinem corpis assumpsit christ⁹ hodie in sua resurrectione, z sicut eā assumpsit: sic z dabit eā in ꝑmiū cuilibz sctōꝝ, rōne q̄z dotis etiam nob⁹ ꝓmissoꝝ in ꝑmiuz merito oēs deuote christū in sua resurrectōe laudare debem⁹.

Sed diceret q̄s, quō christ⁹ in sua resurrectiōe assūpsit sanguinē suū effusum et pedib⁹ ꝯculcatū zc. Rñdeť q in resurrectione christi facta sūt q̄ttuor mirabilia ex parte sanguis ꝑm Hubertinū. Primū mirabile q in illo triduo mortis christi virtute diuīa fuit ꝑseruatus a resolutiōe q̄ntū

cunctis pedibꝫ ꝯculcat⁹. Scõm q̃ angelorũ mĩsterio fuit recollect⁹. quia vbi sufficit virt⁹ angelica: nõ est necessaria ꝑtus diuina ĩmediate, q̃d ergo putam⁹ fratres: q̃nta reuerentia ꝛ dilig̃tia balsamũ illud p̃cio-sissimũ collegerũt angeli: in quo vigebat ꝛ nr̃a redemptio et eorũ repatio, cuius stilla minima siue gutta mũma sufficeisset ad ablutiõem criminũ toti⁹ vniuersi, cui⁹ etiam roseo colore sunt adornãde fideliũ aie vt ĩ angelicã venustatẽ trãsferant, de quo gloriat beata agnes dicẽs. Sanguis eius ornauit genas meas. Tertiuꝫ mirabile q̃ p̃ diuinã potentiã intra sepulchruꝫ ille sanguis fuit introduct⁹, q̃ tũc oportuit duo corpa nõ glorificata esse in eodẽ loco q̃d ẽ solius diuie virtutis, vt ꝺr in. iij. sñarum. Quartũ mirabile q̃ ille sanguis ꝑtute diuina fuit corpi reinfusus. q̃ angelica virt⁹ nõ videt ad ℔ sufficere vt illũ tam repente dispergeret ad singl'a loca, siue corpis mẽbra. Scõo ex pte corpis fuerũt sil'r q̃tuor mirabilia. Primũ mirabile fuit p̃seruatio a corruptiõe, vt̃s. B. Nec ℔ multũ mirabile ad fidẽ videt: cũ in natura etiã reperiunt ligna incõbustibilia ꝛ imputribilia. Scõm mirabile q̃ corp⁹ inorganisatũ fuit organisatũ, cum enĩ organisatio fuerit in passiõe destructa p̃ quã mors fuerat subsecuta, ꝛ cũ aĩa corp⁹ viuificare nõ p̃t, nisi sit organisatũ necesse fuit vt ipsa organisatio p̃cederet, i. mẽbrorꝫ disp̃sitio, p̃ infusione aĩe. Tertiũ mirabile q̃ corp⁹ fuit aĩatũ q̃d est soli⁹ dei, ꝟm Aug⁹. de trini. ꝛ sic fuit renouatũ. i. oĩno cõpositũ. vt esset ꝑ christ⁹ hõ p̃ resurrectiõem q̃ fuerat p̃ generatiõem. Quartũ mirabile q̃ fuit corp⁹ trãsmutatũ de corruptibili in incorruptibile, de mortali in ĩmortale, ꝟm illud apli ad Roma. vj. Christ⁹ resurgens ex mortuis: iã nõ morit⁹ mors illi vltra nõ dñabit. ¶ Quia audistis q̃ christ⁹ resurgẽs a morte assumpsit q̃tuor dotes corpis. Est questio q̃ sint ille dotes. ꝛ q̃liter electi illis dotabunt⁹, ꝛ an solum electi. Ad ℔ rñdẽt doc. circa di. xliij. et xliiij. q̃rti sñarꝫ. q̃ q̃tuor sũt dotes corpis q̃bꝫ corpa sctõ p̃ muro mõ ornabunt⁹ ꝛ glorificabunt⁹. vicz dos impassibilitatis. dos agilitatis. dos subtilitatis. ꝛ dos claritatis. Prima ℊ dos qua dotabit⁹ ꝛ p̃miabit⁹ corpus cuiuslibꝫ sctĩ est dos impassibilitatis, ꝛ hec dos ẽ tale donũ q̃ corp⁹ bti ꝟm legẽ dei ordinatã nõ poterit corrũ pi: nec morti nec q̃cq̃ pati, ĩmo ꝟm legẽ dei ordinatã nihil erit qõ q̃uis mõ ledere possit corp⁹ beati. Cũ si beat⁹ staret in igne aut in q̃cũq̃ alio de se lesiuo aut penoso. nũq̃ tñ ab eo ledere⁹, ita mũme sicut tres pueri in camino caldeorũ Daniel'. iij. vt dicit Aug⁹. ꝛ huius causa ẽ ꝟm Scotũ. q̃ dñs de⁹ diuina sua ꝑtute impedit actiõẽ oĩm lesiuorꝫ et phibet ea ne q̃uis mõ agãt ĩ corpa btorꝫ ipa ledendo. sic enĩ dñs de⁹ ipediuit ignẽ ne ageret ĩ corpa trium pueroꝝ. naturalia ei agũtãdũ q̃dũ ꝛ q̃uscq̃ ipa de⁹ agere p̃mittit, cũ aũt de⁹ ipis terminũ posuerit hũc non trãsgrediũt. De hac dote loquit⁹ ap'ls. j. ad Corꝝ. xv. dicẽs. Seminat⁹ in corruptiõe, surget in incorruptiõe, ꝛ itez ibidẽ. Mortale ℔ induet ĩmortalitatẽ, ꝛ corruptibile ℔ induet incorruptiõem. Hanc aũt ip̃assibilitatem ꝛ ĩmortalitatẽ accepit christ⁹ hodie in sua resurrectiõe, sic dicit ap'lus vtŝ. ad Ro. vj. Christ⁹ resurgens ex mortuis ꝛc. ꝛ g̃ficut eã habuit: sic dabit eaz cuilibet beato. Sed diceres, q̃d tũc erit de dãnatis q̃ ad hanc dotẽ. Rñdet q̃ q̃uis dãnati etiã erũt ĩmortales q̃ ad corpus. ℔ tñ erit ꝓtra eorũ voluntatem. Ideo de ipis ꝺr Apocal. xi. In dieb⁹ illis q̃rẽt homes mortẽ ꝛ nõ inuenient, desiderabunt mori ꝛ mors fugiet ab eis. Sũt enĩ ꝛ erũt dãnati ĩmortales ꝫ nõ impassibiles, ꝛ iõ vellẽt libent⁹ mori si possent: ĩmo vellẽt nõ eẽ ꝓpter pene acerbitatẽ vt eã nõ sentirẽt. ¶ Scõa dos q̃ dotabit⁹ corp⁹ cuiuslibꝫ sctĩ in resurrectiõe generali est dos agilitat⁹, q̃uis enĩ corp⁹ cuiuslibꝫ btĩ habituꝫ sit g̃uitatẽ naturalẽ p̃pter elementũ tre p̃dñans, g̃uitates tñ alieq̃s, pnũc habem⁹ ex pctõ ꝛ ex alijs supfluitatibꝫ, ꝛ q̃ nõ sunt de ꝑfitate hũane nature, ꝛ q̃ nũc impediũt aĩam ne possit ipm corpus ad voluntatẽ ꝛ ad libitũ suũ mouere, oẽs ille auferent⁹, ꝛ corp⁹ sic bñ disponet⁹, ꝛ aĩe sic pfecte subijciet⁹ vt posset ipm, pmpte ꝛ sine oĩ impedimẽto mouere. put ꝛ q̃liter ꝛ ad quẽ terminũ voluerit. sursuz aut deorsum, dextrorsum aut sinistrorsuz, retrorsuz aut antrorsum, ꝓpe aut distant⁹. recte sic hõ leuat manũ aut digitũ ꝛc. ĩmo longi⁹ velocius, q̃ tã velociter sicut sol q̃ q̃ stati oritur mittit splendorẽ suũ subito p̃ magnũ terre

spaciū. Corp⁹ enī glorificatuz ē tā agile sic̄ angel⁹, qz p oia obediet aīe, z ad hunc sen sum dicit Aug⁹, Ubicūqz voluerit eē spiri tus: ibi ptin⁹ erit z corp⁹, ptin⁹, i. instanta nee l'saltē mora imperceptibili siue tā repēte q nūc hō talē claritatē nō possz ꝓcipe. nec mirū, si eī lapis molarz tā cito mouek vt q̄i nō ꝓcipiak eī⁹ mot⁹, q̄d tunc erit corpibus gl'iosis in q̄bz aget diuīa ꝑtus, z iō electus post resurrectōem in q̄cunqz loco desidera uerit esse: ibi statim erit. Ut aūt ꝟ intelliga tis dak exemplū de sole, q̄ cū ortk q̄cito vi derit occidēs: tā cito radi⁹ eī⁹ est ibi. Ita i casu si aliqs sctōz staret in oriēte z vellet eē in occidēte: tā statim eēt ibi. Et ꝟ inferk q i q̄cunqz pte mundi elect⁹ resurget: statim et in instāti veniet in hierl'm: et statī eleuabit se obuiā christo ī aera q̄ ventet sup illū val lem iosephat Joel. iij. Sedēs in spacio aeris supī montē olīueti vbi tūc circumsta bunt eū oēs scī q̄si volātes, z licet angeli mīstrent electz ipos baiulādo z sustinēdo, ꝟ tñ nō fiet ꝓpter necessitatē sz ꝓpter reuerē tiā quā angeli et oēs creature exhibebunt corpibz sctōz, vt dī. san. Tho. in scpto q̄rti sniaz vbi. s. Sicut enī regina terrestrz cō ducak a militibz suis ꝓpter reuerētiā q̄ tñ a seipa posset trāsire, ita erit ibi. de hac dote agilitatis loquk apl's vbi supī dicēs. Se minak in ifirmitate, surget in ꝑtute. Hab. iij. dz. Tanqz scintille ī arundineto discur rent, z Esa. xl. Qui autē sperant in dño mu tabunt fortitudinē, assument pēnas sic aq le, curret z nō laborabunt, ambulabunt et nō deficiēt. Hanc dotē agilitatz etiā hodie christ⁹ in sua resurrectōe accepit, iō q̄n vo luit venit ad discipl'os suos z oīdit se eis, z in ictu ocl'i iterz recessit ab eis q̄si euanescendo. Hāc etiā dotē in se oīdit ī ascensu suo ī celū, q̄n ipe sine oī mīsterio angl'orū z aliaz rez a tra se leuauit, sic etiā electz suis eā dabit, cū resurrectio christi sit exēplar nr̄e resurrectōis. Ecōuerso q̄s grauiaz pon derosa erūt dānatoz corpa eternaliter ardē tia ī inferno. ¶ Tertia dos quā dñs dabit corpibz sctōz in pmiū est dos subti litatz, z ē tale donū q̄ nihil tā durū tā spis sum aut tā integz existit q̄n corp⁹ alicuius scī possit illud ptrāsire aut penetrare abs q̄ oī cessiōe: diuisiōe vel aptione alterius. Primo rōne illī⁹ doni ꝓtingit q̄ si aliquis sctōz voluerit cū corpe suo stare p̄cise et in eodē loco in q̄ stat ali⁹ sctūs: tūc ipe stabit ibi absq̄ tñ cessiōe alteri⁹. Ecōo rōe illī⁹ doni ꝓtingit q̄ vn⁹ sctōz cuz corpe suo p trāsibit corpus alteri⁹ scī. vñ si aliq̄ sancti starēt añ aliū sctm̄ volentē vlteri⁹ ꝓgredi, tūc nō oportet q̄ ipi cedāt sibi aut viā pro grediēdi p̄stēt: sed ipe poterit corpa iporuz ptrāsire absq̄ diuisione eoz. recte sic radij solis ptrāseunt vitrū absq̄ ei⁹ diuisiōe, sic enī post iudiciū scī cū corpibz ipoz ptran sibunt ipm̄ celū empirreū absq̄ oī aptiōe celi. Ita etiā si post resurrectōem eēnt mu ri spississimi aut mōtes: hos posset sctūs p trāsire sine cessione aut corruptōe aut diui sione eoz. ꝟ totuz ita fiet. ex speciali dei vo luntate z diuīa ꝑtute. De hac dote subtili tatis loquit apl's vbi supī dicēs. Seminak corp⁹ aīale, surget corpus spūale, vbi dicit Aug⁹, in glo. q̄ ꝟ nō ē sic intelligendum q̄ corpus ꝑtak in spm̄, qz corp⁹ beati erit ad huc palpabile z visibile hūs carnē et ossa q̄bz spūs caret, sicut ꝟ saluator oīdit ō suo corpe dicēs discipul' suis Lu. xxiij. Palpa te z vi, q̄m̄ sps carnē z ossa nō hz sic me vi detis hr̄e. sz sic ē intelligēdum corp⁹ aīale erit spūale, i. subiectuz spiritui ad oīme bñ placitum spūs. Uel etiā erit spūale ad illū sensum q̄ nō indigebit cibis. sz iā dz aīale q̄ indiget cibo z nutrimēto. Nec Aug. in glo. Hanc dotē subtilitatz christ⁹ accepit ī se in sua resurrectiōe z nobis ipaz monstra uit p ꝟ q̄ ipse exiuit clauso sepulchro. imo sigillato sigillo pilati. Angeli enī nō ꝑuls q̄z resurgeret aperuerūt sepulchz. sz p⁹ christi resurrectōem remouerūt lapidē ꝓpter mu lieres: dicētes eis, venite z videte locū vbi positus fuerat dñs Math. xxviij. Ecōo christ⁹ hāc dotē se oīdit hr̄e pluries, cū ad discipl'os suos ianuis clausis ītrauit Joh. xx. Hāc autē dotē ñ habuit lazar⁹ q̄n dñs eū resuscitauit a mortuis Joh. xj. Et ideo dñs fecit amoueri lapidē de sepulchro, nō enī tunc lazar⁹ surrexerat ad īmortalitatē, q̄ postea multa patiebak z iterz moriebatur post ānos pl'es q̄bz ꝟ deo fuiuit. Ita z alij mortui resuscitati p sanctos apl'os z alios sctōs nō habuerūt hāc dotē neqz alias do tes corpis: eo q̄ iterz moriebanť, sz christus amplius nō morik vt. s. Ita etiā p⁹ generalē resurrectōez mortuoz null⁹ amplius mo-

rietur, vt etiam tenet fides nra ꝛc. ¶ Quarta dos qua dñs corpa sctoꝝ ꝑmiabit est dos claritatis q̄ ꝓsistit i duob. ꝓio in ℞ q̄ corpa btoꝝ splendebunt ꝛ irradiabūt plus q̄ sol ia splēdet, ſm illud ad Phili. iij. Reformabit corp⁹ hūilitatis nre ꝓfiguratū corpi claritatis sue, ſz claritas christi fuit et est plus q̄ solaris. nā qñ christus transfigurauit se coram discipul' in monte thabor, tūc oñdit eis claritatē illā quam et nunc hz in ce'. De q̄ dr Math. xvij. Et resplenduit facies ei⁹ sicut sol. Sup quo dicit glo. plus certe q̄ sol. ſz nō habuit mai⁹ cui cōpararet. Sic igit corpa sctoꝝ splendebūt plus q̄ dici pt, sicut de ipis dicit saluator Math. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno p̄ris eoꝝ. vbi dr glo. q̄ septēpliciter clari⁹ q̄ sol mō fulget: fulgebunt iusti. Idē dicit Crisost. in ſnia. Quia sic sol fuit in sui creatiōe, ita erit post iudiciū finale. ſz tūc fuit septies clarior q̄ nūc, et sic p pctm̄ amisit septem ptes claritatis sue: ꝛ retinuit octauā. Scō claritas corpoꝝ btorū stabit in viuacissimo colore, ita q̄ corpa sctorū habebūt venustissimū ac pulcherrimū colorē, mag⁹ tñ vel min⁹ ſm gradū siue cōplexionis ꝛ meritoꝝ. vnō sic scti nō habebunt eandē q̄ntitatē: ſz alia erūt longiores alia maiores. alia miores, sic nec oēs habebūt eundē colorē sic nec hic eundē vl' sillem habuerūt nec⁹ eandē claritatē. ſz hec claritas erit maior ꝛ mior in sctis, ſm exigētiaz meritoꝝ suoꝝ. Hā dicit Aug. xxij. de ciui. dei, q̄ quedā corpa erūt alba ꝛ q̄dā nigra, sic etiā quedā erūt albiora alijs, quedā nigriora alijs. sicut corp⁹ ethiopis btī et corpora alioꝝ q̄ naturalit sunt nigri: etiā manebūt nigri in patria, nec ꝓpterea corpa nigra habebūt aliquā deformitatē: cū etiā lapides p̄ciosi nigri bñ politi tm̄ l' q̄nq⁹ magis delectēt visum q̄ lapides alteri⁹ coloris. imo illa claritas ꝛ varietas i corpibus beat⁹ maiorē i ocul' sctoꝝ causabit delectationē q̄ si oñs scti hrent eūdē colorē. ¶ Sz di. q̄s an ēt m̄bra eiusdē corpis hēbūt aliū ꝛ aliū colorē. Rñdet doc. q̄ sic vbi. s. illi⁹ rōnē dāt, qz rōne varietat⁹ coloꝝ i mēbris, vtputa qz illud mēbr̄ est rubicundū: illud albū: illud p̄mixtū ꝛc, totū corp⁹ scti pulchri⁹ redderet q̄ si oīa mēbra ei⁹ essent vniformit colorata, sic enī pulchrior dr hō q̄ in facie hz albedinē cū rubedie aliq̄ q̄ si solus eēt alb. ita ibi fieri pt q̄ aliq̄s sctorū albior sit i facie q̄ i manib. ꝛ ecōuerso ꝛc. Dicūt ꝓseq̄nter doc. vbi supꝝ. q̄ q̄dlibz intestinū habebit suū colorē, rōne igit h⁹ dotis claritat⁹ quā scti habebūt tā in splēdore q̄ i colore plura ꝓtingūt. ſpio q̄ q̄dlibz corp⁹ btoꝝ erit valde decoꝝ, venustū luctū ꝛ pspicuū: sic cristall⁹. Scō ꝓtingetyt dicit Grego. sup Job, q̄ q̄libz sctoꝝ seipm pspiciet ꝛ videbit totā armoniā corpis sui ꝛ omia intestina, vt costas, cor, splen, iecur pulmonē, stomachū ꝛc. ꝛ oīa illa habebūt suum ꝓpriū viuacē ꝛ pulchꝝ colorez. Et sic sil' q̄libet btoꝝ videbit talia mēbra ꝛ intestina i corpib⁹ alioꝝ sctoꝝ, nec itestina erūt plena sordib⁹: nec etiā vacua ſz plena puro aere vl' puris humiditatib⁹ nobilib⁹. Tertio ꝓtinget q̄ vn⁹ sctoꝝ videbit p corp⁹ alteri⁹ scti corpa alioꝝ sctoꝝ. ꝛ ℞ m'to clari⁹ q̄ nūc videam⁹ corpa p vitrū sat⁹ transparens. ¶ Ex oīb⁹ iā dict⁹ ptz quō corpus christi habuit q̄ttuor dotes, q̄s etiam christ⁹ dñs dabit suis electis i p̄miū. vidz dotē impassibilitat⁹, ex q̄ cōtinget q̄ nihil ledere pt corp⁹ alicui⁹ scti. dotē agilitatis, rōne cui⁹ btus poterit se statī ꝛ ꝓmpte mouere ad oēm locū ſm bñplacitū suū, q̄liter ꝛ q̄cunq⁹ voluerit. Dotē subtilitat⁹: ratione cui⁹ nihil poterit resistere beato q̄n ipm poterit beat⁹ ptrāsire absq⁹ oī cessiōe alteri⁹, ꝛ dotē claritat⁹ rōne cui⁹ beatus in corpe clarior apparebit septies q̄ nunc sol, rōne cui⁹ etiā beat⁹ i corpe habebit venustissimū ꝛ viuacissimū colorē in oīb⁹ membris interi⁹ ꝛ exteri⁹: ꝛ varietatē in mēbris ad maiorē ei⁹ decorē ꝛ gl'iam. Nec g̃ dona dei merito quēlibet hoiez remouere debēt vt pctā caueret: et deū nō inhonorare, sed ꝛ vt i oīb⁹ fact⁹ p posse studeret se ꝛformare diuīe volutati ꝛ p̄cept⁹ ei⁹ obedire ꝛ cuz timore et reuerētia illi fuire. Si ei tanta bona de⁹ dat⁹ ē suis elect⁹ tales dotes corporis vltra dotes aīe q̄ longe excellētiores sunt, q̄s nō merito sibi fuiet ad obtinēdum eas, q̄s non vult eū dilīgere ꝛ die ac nocte cogitare quō ei placeat, q̄liť viuat, vt eum nō offendat ꝛc. Ex q̄b⁹ itez ptz q̄ nullū apparebit monstrū in elect⁹: nec⁹ deformitas aliq̄ corpis, aut defect⁹ vl' superfluitas membroꝝ vel deformitas colorīs, ꝛ q̄libz resur

get in ea quantitate quã attigisset vsq; ad annũ.xxxiij.inclusiue natura nõ errãte:eo q; tali etate christ⁹ mortu⁹ est et resurrexit. Hec doc.circa di.xliij.q;tu sniax. ¶

Ex oib; illis attẽdere debem⁹ q; hec vita nr̃a est fragil' z caduca quã comitat eterna miseria si dei p̃cepta nõ custodierimus. Sequẽter etiã pctõr deformitatẽ corpoz; dãnator; quã habituri sunt loco illaz; dotũ. Erũt nãq; miro mõ passibiles cũ maximis penis z doloribus.nec vna:sz multiplicib; penis eternaliter erũt graues z cogentur demõib; obedire i ꝑpetuũ q̃ nolucrũt obedire deo p tps modicũ. Erũt distortissimi sibiũuicẽ cõpressi z coangustati et sic̃ oues simul iuncti i inferno positi vt in ps. Nullã habebũt claritatẽ sz horrorẽ z fetorem ꝑpetuũ int⁹ in corpe in intestinis z extra in oib; mẽbris sine fine. ¶ Sz d. q̃s.tu multa z mirãda dixi sti:pñt ne haberi alique silitudines ad illa intelligẽda de dotib;. Ad h dicẽdũ q; ꝑ pinquã silitudinẽ illaz; dotũ possumus hr̃e in sole z̃. Pro q̃ notandũ q; in sole pñt q̃ttuor cõsiderari q̃ libet iustus post finale iudiciũ habebit i suo corpe.s.claritas:subtilitas:agilitas z impassibilitas. Prio habebũt claritatez de q̃ supra dictũ est. Nã sicut dixi corpa electorũ erunt septies clariora q̃ sol nũc est.vnde ptz sup̃ sol in creatiõe fuit septies clariora q̃ nũc.z p pctm̃ ꝑmor; parentuz ꝑdidit septẽ ptes siue claritat; q̃s recupabit p⁹ diẽ iudicij.sm illud Matth.xiij. Fulgebũt iusti sicut sol z̃.scz post iudiciũ. et tunc luna erit clara sic̃ sol z̃. sm illud Esa.xxx. Erit lux lune sic̃ lux solis z̃. Tcio est agilitas in sole.q; q̃statim oriẽ mittit splendorẽ suum subito p magnũ spaciũ terre:et in breui tpe pcurrit totũ mũdũ.sic erũt corpa electoz; q̃ ita agilia erũt sicut mõ cogitatiões nr̃e.vñ Augu. Ubi vult spũs ibi ꝑtinus erit z corp⁹.q; sicut hõ iã põt videre celuz z imediate declinare visuz ad terrã.ita velox erit z agile corp⁹ gl'iosum. Tertiũ in sole est subtilitas.q; nullũ vitrũ est tã spissuz q̃n splendeat p ipm.neq; cristall⁹ tã dura z tã magna q̃n splẽdat p ipam. Hanc subtilitatẽ habebũt electoz; corpa.z longe maiorẽ q̃s nũc sol. Patet exẽplo christi q̃ ianuis clausis ad discipl'os venit:z clausus sepulchro resurrexit. Quartũ in sole est ꝑpassibilitas.splendorez enĩ q̃ a sole ꝓcedit nemo potest ledere siue verberet siue secetur. Sic electoz; corpa:vnde si omẽs gladij z omia arma ab initio mũdi in vnũ corpus glorificatũ ꝓcuterẽt nihil ei nocere possent Unũ Apocal'.vij. Nõ esurient neq; sitient neq; cadet sup eos estus z̃. Et apocal'.xxi Neq; luctus neq; clamor erit vltra. q̃ nec morte nec quicq; mali vltra timebũt. Sz ecõtra.damnati habebũt corpa nigra z obscura z̃. ¶ Pro quo notãduz q; corpora dãnatoz; post finale iudicium habebũt q̃ndq; malas ꝓditões. Primo erũt difformia nigra z obscura. Unũ Aug⁹. Si ei iste ignis omia lucida deturpat z denigrat quãto magis ignis infernalis. Exempluz ptz in igne sancti anthonij.z in sole qualiter denigrat facies ethiopũ z corpa eoruz. quãto magis ignis infernal' denigrat corpora supnoz; z ceteroz; pctõr;. Unũ Jobel' q̃. Oñs vult⁹ eoz; redigent in ollã. Scdo erũt debilia Job.xvij. Cõsumet moꝛs fortitudinẽ ei⁹. Exempluz possum⁹ videre in debilitate pñtis vite.que ita debilitat fortissimos viros in agone mortis q; nec stare nec ambulare pñt:q̃nto magis illa mors amara que est eterna reddet corpa debilia ad resistendũ z se mouẽdum. Tertio erunt valde grauia.q; eis dat⁹ locꝰ inferius Job xxj. Ducũt i bonis dies suos: z in puncto ad inferna descendũt. z Exo.xv. Descẽderũt in ꝑfundũ q̃si lapis. Quarto erunt nuda ad ꝓfusiõem eoz;.vñ Naum.iij. Ostendã gẽtib; nuditatẽ tuã.z signãter i illis q; h in vestib; suã supbiaz; exercuerũt Sap̃.xj. Per que q̃s peccat p hec z torquet⁹. Quinto erũt valde passiua z plena oi miseria.et tñ incorruptibilia. vñ Judith.xvj. Dabit ignẽ z vermes in carnẽ eoz; vt vrant⁹ et viuant z sentiãt.s.penas vsq; in sempiternũ. z Bernũ.dicit. In q̃ mẽbro creator pl⁹ offendit:in eodẽ pctõr plus torq̃bit. ¶

Sed d.q̃s.ex q̃ dãnati vt dictũ est nudi erũt.q̃d tũc de beatis.vtz beati nudi incedent i patria.an vestiti. Ad h rñdẽt doc. vt sup̃.q; oẽs electi post generalem resurrectionẽ nudi incedẽt i vtroq; sexu nullã verecundiã penit⁹ habẽtes.sicut nec ꝑmi parẽtes in paradyso añ pctm̃.nihil enim erit ibi deforme:sed oia erũt clara z preciosa.z nullũ erit mẽbrũ q̃n ipo viso laudet⁹ sapia

creatoris, sed q̄ hoc grossi nō capiūt ꝓtīngit ex eo q̄ solā terrā sapiūt & non celestia, nec aliq̄d cogitāt nisi qualit̄ teneāt pñtia, & sic ad altiora nequeūt se eleuare. Ad hoc ostendēdū dicit Innocē. in quodā ſmone de festo pasce, In patria sicut nec est vsus cibor̄: sic nec vestimēt̄or̄ est vsus, qm̄ & p̄mi parētes fuerūt nudi ante pcm̄ i paradiso, sed post pcm̄ de folijs ficuū sibi perizomata ꝓsuerūt. Corpus eni glorificatum nihil habz erubescibile, q̄ nihil hz deforme. Hec Inno. Vult tm̄ ibidē Innocē. q̄ christ⁹ post resurrectōem suā vestit⁹ apparuit qō apparet ex ℔ q̄ angel⁹ ā ei⁹ resurrectione nūciauerat apparuit stola candida coopertus, nō tm̄ habuit vestes q̄bꝫ prius vsus erat, sed i veste fulgēti quā sicut voluit sibi fecit, ſm illud ꝑs. Omia q̄cūq̄z voluit dñs fecit i celo & i terra. ita & dicūt euāgeliste q̄ cū esset trāsfigurat⁹ in mōte apparuerūt vestimēta ei⁹ candida sicut nix. Si hec dicta de dotibꝫ corpor̄ beator̄ hō vere corpori infigeret, nō eēt mirū q̄ nūq̄z delectatōes hui⁹ mūdi q̄reret sed sūmo studio se disponeret vt inter eos cōnumerari possit q̄bꝫ ille dotes ex dei bonitate et misericordia cōicabunt̄ & in p̄miū dabunt̄, qō & nobis ꝓcedere dignet̄ dñs nr̄ ihesus christus p suā resurrectōem quā suis discipul' cū talibꝫ dotibꝫ ostendit. Amen.

¶ Feria scōa pasce.

Sermo. xxxix.

Mane nobiscum dñe, Luce vlti. Audiuistis heri quō dñs p angelū suā resurrectionē manifestauit mulieribꝫ venientibꝫ ad sepulchrū ad vngēdū corp⁹ ihesu, & q̄re potiꝰ mulieribꝫ p̄mo q̄z discipul', q̄re maria magdalena alijs p̄ponit̄, q̄n & quō lapis de monumēto sit reuolut⁹, & miracula facta in ei⁹ resurrectōe & plura alia. Hodie ꝓ nobis euāgelijū insinuat, quō christ⁹ dñs suaz resurrectōem p seipm̄ manifestauit duobꝫ discipul' in emaus cūtibꝫ q̄bꝫ apparuit in specie pegrini. & cū illis scꝑturas de se ꝓpheta rū exposuisset, & finxisset se longi⁹ ire rogauerūt eū discipli dicētes, Mane nobiscuz dñe, q̄ fuerūt ꝓba themat̄, p gra obtinenda decātate cāticū pascale Christus surrexit vulgariter. ¶ Mane nobiscū dñe vt, ꝑ primo dicā mētē euāgelij breuit̄, ne tedio afficiā caritates vr̄as. Deco aliqs dubitatiōes siue questiūculas p intellectu euāgelij. Tertio q̄d facere debeamus vt dñs nobiscū maneat, q̄tiēs apparuit i die pasce.

Circa p̄mū est notāduz q̄ hystoria hodierni euāgelij facta est i die pasce, ℔ est heri qñ duo ex discipul' de q̄bꝫ dicit euāgelijū: ibāt de hierl'm in castellū emaus q̄ dist̄abat a hierl'm nō plene q̄ttuor leucis, nā xvj. stadia faciūt vnā leucā siue miliare ita licū, q̄z leuca ꝓtinet mille q̄ngētos passus, & sic tota illa distātia erat circa miliare tenuit nicū. Cū aūt sic irēt loq̄bant̄ de his que acciderāt i hierl'm vicz de christi passiōe et morte, & illis sic loquētibꝫ adinuicē cū tristicia, apparuit eis ihesus i specie pegrini, & q̄siuit de q̄bꝫ loq̄rent̄: nō vt ignorare t, sz vt ex eor̄ rñsiōe eos argueret, q̄z in fide resurrectionis dubitabāt. Et cleophas vn⁹ ex illꝭ dixit ad ihesuz quē ñ nouit i hac specie, Tu solus es pegrin⁹ i hierl'm & nō cognouisti q̄ his diebꝫ ibi facta sūt, q. d. omēs pegrini imo oīs pl's scit christū crucifixū & mortuum esse i cruce, & tu sol⁹ ignoras, & sperabam⁹ q̄z ipe eēt redēptur⁹ isrl', & nūc est tertia dies mort̄ sue & ñ resurrexit. tō perijt spes nr̄a, licz mlieres aliq̄ ex nr̄is dicāt se fuisse cū sepulchro & anglos se vidisse q̄ dicūt eū viuere, q. d. nō credim⁹ mlieribꝫ, q̄z tim⁹mus eas deceptas, affirmāt tm̄ aliq̄ ex nostris, s. petr⁹ & iohes q̄ ita inuenerūt sic mulieres dixerūt, vicz sepulchrū vacuū, sz ipm̄ nō inuenerūt, his audit̄ dixit ihesus, O stulti & tardi corde ad credēdū in oīb⁹ q̄ locuti sunt ꝓphe, Nōne ℔ oportuit christū pati & ita intrare i gliam suā, & iterp̄tabat̄ eis scripturas ex oīb⁹ ꝓphetis incipiēs a moyse, & de singul' ꝓphetis aliq̄ q̄ de ipo erāt. & cum appropinq̄asset castello ipe finxit se longius ire, & tūc coegerūt eū dicētes, Mane nobiscū qm̄ aduespascit, et sic intrauit cū illis, & cū eis recubuit, accepit panē et bñdixit ac fregit & dedit eis, & tūc apti sunt oculi eor̄, q̄z cognouerūt eū i fractōe panis, & eadem hora surgētes regressi sūt in hierl'm & inuenerūt, xj. apl'os ꝓgregatos & alios cū ipis: q̄bus dixerūt. surrexit dñs vere & apparuit simoni petro. & omia q̄ in via gesta erāt eis narrabāt, & quō cognouissent eū in fractione panis. ℬ Quātū ad scōm dice-

ret quis. Quid dicūt scripture de castello emaus. Respōdet q̄ in hīstoria tripartita lib. vj. ca. xlij. dicit q̄ istud castellū emaus post destructōem hierlm p romanos sit facta ciuitas nicopolis dicta, z ante hanc vrbem in eo loco vbi dñs finxit se longi⁹ ire sit fons in q̄ infirmi loti sanant nō solū homines sed z pecora. Et ōr ibidē q̄ virtus illi⁹ fontis sic sit ostēsa. nā cū iesus semel cuz discipulis suis eēt cū eodē fonte et lauasset pedes suos ex eo: facta est aqua diuersarū passionū curatiua. L Sed d. q̄s. cur christ⁹ apparuit illis duob⁹ discipul' in specie pegrini: in q̄ ipm nō nouerūt. Ad h̄ dicendū est q̄ christus dñs in triplici forma apparuit post resurrectōem. videlicz in forma ortulani, i forma pegrini z i forma ꝓpa. In forma ortulani apparuit marie magdalene lugēti Johis. xx. Ulñ patet ibidez. tūc dixit ei iesus. mulier q̄d plorās, et illa putans ortulanū esse dixit. Dñe si sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eū z ego tollā euz. In forma pegrini apparuit discipul' eūtib⁹ in emaus, sicut pz in hodierno euāgelio. In forma ꝓpria apparuit aplis dicens eis Luce vlt. Videte man⁹ meas z pedes meos q̄ ego ipe sum zc. Per hāc triplicez formā intelligūt tres stat⁹ hoīm. Per formaz ortulani intelligunt incipientes. ortulani ei est eradicare z plātare, sic incipientes debēt eradicare radices malaꝝ ꝓsuetudinū z circumstantiaꝝ pctōꝝ, debet etiā plātare virtutes in volūtate, et act⁹ bonos i exteriori ꝓuersatiōe exemplo sctōꝝ hoīm z virtuosoꝝ. Per formā pegrini intelligunt ꝓficientes, ad q̄s ptinet q̄ ꝓficiāt de ꝑtute in ꝑtutem, et de generali statu pñie ad religiōem siue mūdi cōtemptū, z hi sunt discipuli iesu. Nō enī omēs q̄ sequunt iesum dicūtur eius discipuli. nō turba, sed solū ꝓtemptores mundi. sm illud saluatoris Luce. xiij. Nisi q̄s renūciauerit oīb⁹ que possidet nō pōt me⁹ esse discipul⁹. Ad tales mūdi contemptores ptinet forma pegrini vt mētib⁹ coꝝ apparēs impmat q̄ nō habem⁹ h̄ ciuitatem pmanentē: sed futurā inq̄rimus. ad Hebre. xiij. Et q̄diu sum⁹ i h̄ corpe pegrinamur in h̄ mōdo. Forma autē ꝓpria ptinet ad ꝓfectos. i. viros aplicos. ꝓpria species iesu inducit ad amorē z foras excludit omnē timorē hūanū z mūdanū. ꝓfecti enim p amorē ꝓtēplant' iesum i ꝓpria specie ac si p̄sens illis esset. D Sed iteꝝ d. q̄s. cur discipli nō cognouerūt euz tūc i illa specie pegrini. Rñdet q̄ xp̄s apparuit illis duob⁹ discipul' in ea forma in qua erat dispositio cordis coꝝ. vt dic Greg. in omel. q̄ pegrinus erat i cordib⁹ coꝝ z nō not⁹ sic debuerūt euz noscere. q̄ nō crediderūt eū resurrexisse. Ita cuilib z homi christ⁹ apparet in corde, sm q̄ est dispositio sua. si fides z deuotio ē magna dulcz apparet z magna donat. Sz si pctōr nō plene abiecit peccandi ꝓpositū sz facillat: tūc paru⁹ apparet et modicū aduuat. q̄ desideriū est paruū, silr ꝓpositum bñfaciēdi zc. Et q̄uis discipli dubitauerūt de ei⁹ resurrectōe: tamē nō min⁹ voluit eis apparere: eo q̄ loq̄bant de ipso, sm illud Math. xviij. Ubi duo vl tres cōgregati sunt i noīe meo: ibi sum i medio eorū. z tūc tāto magis se cognoscibilē reddit quāto magz zales i ei⁹ amore crescūt. sicut factū est de illis discipul' q̄ꝝ corda ardebāt dū eis iterp̄tabat scpturas ꝓphaꝝ. E

Dubitatur cōmuniter quid intelligere debemus per fractiōem panis. et quomō discipuli cognouerūt eum in panis fractione. Ad hoc dicendum q̄ triplex est panis in cuius fractione Jesus cognoscitur videlicet panis celestis, panis spiritualis: et panis materialis. Primus panis est panis celestis: vnus et singularis, videlicet christus dominus. qui de seipo dicit Johannis. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi zc. Iste panis confectus fuit in incarnatione in vtero virginis Marie. sed fractus in passione vt ostenderetur eius virtus et dulcedo, et vt sic sanaret et impleret esurientes bonis. Hic autem panis in passione non solum est fractus, sed et laceratus et confossus siue transfixus, fractus in flagellatione dum corpus suum flagellis quasi scinderetur et frangeretur. Laceratus vero vnguibus iudeorum in facie, barbe extractione et coronatione, p quod totum eius caput laceratum fuit, et confixus in crucifixione. Hoc autem pane sic fracto: lacerato: et confosso in cruce cognouit cuz sol cum obscuratus fuit, terra contremuit. lapides et velum templi dum scissi sunt. sepulchra quando aperta fuerunt, cognouit et latro: cum dixit.

In die pasce

Memento mei domine dum veneris in regnum tuum, cognouit etiam Centurio dum clamās dixit. Uere filiꝰ dei erat iste, cognouit infernꝰ dū q̄s tenuit euomit, cognouit et celū dū soluto ꝓcio sanguis aptum est, et tñ miseri iudei ℔ cognoscere noluerunt: q̄ tñ illū panē fregerūt. De illiꝰ panis fractiōe dixit dñs in euāgelio cum ait. Nōne oportuit christū pati et ita intrare ī gl̄iam suā. Scōs panis, s. spūalis ē panis ꝟbi dei q̄ frangit dū ꝟbum dei exponit et pl̄o siue alijs declarat, sicut et christus hodie fecit duob⁹ discipul' euntib⁹ in emaus. Terciꝰ panis sc̄z material' est elemosyna. Iste panis frangit dū elemosyna pauꝑ⁹ distribuit. In huiꝰ panis fractiōe beatus Grego. cognouit dñm q̄n cum alijs pegrinis et paupib⁹ illi aquā ad lauādū manus dedit, et repente cū aquā in manꝰ fundere vellet disparuit, cui dñs nocte apparuit dicens. Alijs die⁹ me ī meis mēb⁹ cibasti hesterna die meipm suscepisti. Sed ad secundā partē dubitatiōis quō discipuli de q̄b⁹ in euāgelio cognouerūt dñm ī fractione panis dicit Augꝰ. in li. de ꝟsensu q̄ttuor euāgelistaꝝ. Nō inc̄onuenienꝫ accipimꝰ ℔ impedimētū in oculꝫ eoꝝ a sathana factū fuisse, s. ne agnoscerēt iesum, sꝫ tñ a christo facta ē ꝓmissio vsq⁹ ad sacrm panis vtyni tate corꝑis participata remoueri ītelligat impedimētū inimici vt christꝰ possit agnosci. Ar q̄ clare ꝓtꝫ q⁹ christꝰ dñs sub specie panis tūc dedit discipul' corꝑ⁹ et sanguinē suū, q̄ dicit Augꝰ. sacrm panis rē. Et nihil ōr hic de potu, quod ē ꝓtra hussitas rē Idem intendit dicere velle magnꝰ doctor Theophilꝰ quē allegat sanc. Tho. in cathena aurea sup hodierno euāgelio, vñ dicit Theophilus. Sed et aliud innuit q. s. sumētib⁹ sacꝝ panē aperiunt oculi vt eum agnoscāt. Magnā eni et ineffabilē vim hꝫ dñi caro. Illū panē celestē cognoscit hō in fractiōe dū deuote meditat christi passionē, et q̄nto maiori deuotōe hāc meditatur, tanto clariꝰ christus se sibi ostēdit. ¶ Hunc etiā panē q̄libet sacerdos frāgit in officio misse: ad designandum ꝓmo q⁹ christus et redēptor nr̄ bñdixit panē et fregit: fractūq⁹ discipul' dedit et distribuit. Innocentiꝰ tñ dicit q⁹ sacerdos frāgens hostiā innuit vt in fractiōe deū cognoscam⁹. sicut et illi duo discipuli in euangelio dñm cognouerūt q̄b⁹ in die resurrectiōis apparuit. Sed q̄d ꝓ nr̄a instructōe in fractiōe panis dñm cognoscere aliud est q̄ in memoria passiōis sue acerbissime charitatem quā ad nos habuit ꝓpendere et recogitare ꝓro q̄ ē notādū q⁹ hostia ꝓmo ī duas medietates diuidit ad oñdēdū duplicē statū electoꝝ vl' ꝑdestinatoꝝ, sc̄z statū etne glie et statū tpalis miserie. Stat⁹ eterne glie rep̄sentat ꝑ medietatē hostie in patena ꝑ manū dexteram posite, q⁹ patena ꝓpter sui rotunditatē significat eternaꝫ beatitudinem. Sed statꝰ tpalis miserie rep̄sentat ꝑ medietatē hostie in manu sinistra retentā. Et q⁹ duplex est miseria electoꝝ vicz illoꝝ qui sunt ī purgatorio, et illoꝝ q̄ adhuc viuūt in hoc mūdo. Ideo illa medietas subdiuidit in duas ꝑtes, quaꝝ vna ē ꝓ destinatis siue electis q̄ sunt in purgatorio. et illa adiūgit medietati in patena, q⁹ de illis q̄ sūt ī purgatorio nullū dubiū est q̄ntū ad futuram gloriā: sicut et nec de illis q̄ sunt ī celesti paradiso, et iō merito ꝑticula q̄ erat in sinistra eos designās ꝓiungit parti ꝓs sup̄ patenā posite q̄ eternā beatitudinē designat: sine illos q̄ iā sunt ī paradiso siue in requie. Alia ꝟo ꝑticula significat electos q̄ adhuc viuūt in carne in ℔ mūdo. ista mittit in calicē siue in sanguinē christi, q⁹ illi adhuc egent meritꝫ passiōis dñi nostri iesu christi. Sc̄o mō dici ꝑt q⁹ hostia ī tres ꝑtes diuisa rep̄sentat diuisionē humanitatꝫ christi ī tres ꝑtes post eiꝰ mortē. Prima ꝑs fuit corꝑus sanctissimum quod remansit in cruce et postea in sepulchro positum. Secunda pars fuit sanguis effusus in terram ad pedes crucis. Tertia pars erat aīa que descendit ad inferos, et tūc christus liberauit omēs ex limbo patrū. Similiter omēs de purgatorio vt volunt plures doctores. Et signāter Gregoriꝰ in Omelia sup euangelio Una sabbati maria magdalena venit mane. Nullū tamē ex inferno damnatorū liberauit neq⁹ ex limbo puerorum. De hoc alibi plura dixi. ¶ Quantum ad tertiam partē sermonis dubiū est ꝓmo siue questio quotiens dominus iesus apparuit post resurrectionem suam in die pasce suis fidelibus. Rn̄detur breuiter, ex euangelio habemꝰ q⁹ quinquies illa die apparuit.

Primo marie magdalene, cū eni ipa cuz alijs mlieribz venisset ad monumentū vt heri audiuist, et vidisset ibi nō esse corp iesu alijs mlieribz recedentibz ipa sola remansit ibi flens ex magna dilectōe quam habuit ad iesum. Et tūc dixerūt ei angeli. Mulier q̄d ploras. Rndit, q: tulerūt dominū meū z nescio vbi posuerūt eū. Hz q: pseuerauit ibi manēdo: q̄z dubitauit de ya ei resurrectōe: iō meruit videre iesum quē dilexit, q: q̄ in finē pseuerauerit hic salu erit. Hec g̃ cū dixisset ad angelos uersa ē retroz suz, z vidit iesuz stantē z credidit q: ortulan eēt. Cui dixit iesus. Mulier q̄d ploras, quez q̄ris. Rndit ei. Dñe si sustulisti euz: dicito mihi Joh. xx. Ecce ex nimio amore obticuit nomē iesu q: dixit sustulisti eū, nō dixit sustulisti iesū. q̄si putaret eū oib notuz, q: q̄ hō corde diligit: putat oib bene placere. Et si dicere q̄re nō nouit eū. Rndeť q: i ptāte corporis gl'iosi est apparere q: cognoscať vel nō: sicut sibi placet, eo q: ipm oino ē subiectū aīe. sicut z factū ē discipul' euntibus in emaus i hodierno euāgelio. Vel ōz quia mortuū eū viderat, iō resurrexisse eū non credebat, z sic ei talr apparuit in corpe q̄lis apud eā erat in mēte vt. s. Postea g̃ statī christ vocauit eā ex noīe maria, ac si diceret fm glo. Cognosce eū: a q̄ tu cognoscēris, z iō statim dixit. Raboni, sicut etiā cō sueuerat eū vocare añ passionē. Sed dicit Aug. q: ꝑmo nō cognouit eū. q: circūquaq̄ aspexit an aliq̄d signū sepulti in eo videret, z ex q̄ nō vidit tunc eū nō cognouit a ꝓncipio. z sic ptz ꝓmū. Scōo cuz iā maria magdalena vidisset iesum, ipe ꝑcepit ei vt diceret frib suis z petro de resurrectiōe, z sic ab oculis ei disparuit. Que tūc cōplens iussa cū magno gaudio īuenit alias mlieres adhuc in via: z dixit eis ea q̄ vidit, z cū appropinq̄rent hierosolymā occurrit eis iesus, z ille tenuerunt pedes ei z adorauerūt eū, z sic iā scōo apparuit marie magdalene z alijs mlieribz secū. Math. xxviij. Tertio apparuit petro singularit tristāti, ꝓpter suā negatōez, de q̄ Lu. vlt, qñ cucurrit cū iohe ad sepulchz z̄c. Dicit tñ in historia eccl'iastica q: apparuit ei i caverna in q̄ flēdo manebat q̄ ōz gallicant, quā petr post negatōem itrauit et penituit flendo, ibi christ eū certificauit de sua resurrectōne z de pcī sui remissiōe. de q̄ petr miro mō letatus fuit. Quarto apparuit duob discipul', sicut patet in hodierno euāgelio. Quito apparuit decē discipulis ꝓgregat absente thoma. Cū eis dixit, Pax vob, ego sum nolite timere, z oñdit eis man z pedes Lu. vlti. Et Joh. xx. In illi signū sacerdos i missa q̄nquies se vertit ad ꝑlm. Ultra h̄ habeť q: adhuc tribz vicibz apparuit i die pasce, licz nō habeať ex euāgelio. Primo z añ oēs apparuit marie mri sue. Un Ambro, li. ij, de ỹginitate exp̄sse dicit q: ꝑmo apparuit ỹgini marie mri sue ex filiali dilectione z materna cōpassiōe, z h̄ fuit maximū gaudiū ỹginis marie i pñti tpe. Jdo angeli ꝓpter illud gaudiū āmonēt ỹginez mariā z eā laudāt notabili cantico nō humanit inuēto z cōposito. s. Regina celi letare alla z̄c. Scdo apparuit iacobo minori vt dicit apl's. j. ad Cor. xv. de quo dicit Uincēci in spe, histo, li. viij, ca. lvj, q: voluit dño mortuo se nō comesturuz donec christ a mortuis resurgeret. Tertio vt dicit Uincen, vbi sup ca. lvj, lvij, z. lviij, q: dñs i die pasce apparuit ipi ioseph ō arimathia, quē iudei incarcerauerūt die veneris sero eo q: dñm sepelisset, ꝓponebāt ipm occidere, sed ꝓpter sabbatū obmittebant. Unde dū ioseph oraret hac nocte z domus erat suspensa a q̄ttuor angulis: vidit iesum in fulgore lucis, z p timore in terram cecidit: quē iesus leuauit dicens. Noli timere ego sum, q̄ respiciens in euz putabat esse heliā. Cui iesus, nō sum helias: sed iesus quē sepelisti. Et duxit eū de carcere ostio clauso ad locum sepulture: ostendens sibi sindonez et fasille quo caput eius inuoluit. Et tunc cognouit q: iesus erat: et duxit eum in domū suaz in arimathiam et ibi iesus disparuit. Dicit etiā Uincenti vbi supra, q: iudei aperientes per clauem ligna ostij clausi reperierunt, sed eum non inuenerunt. stupentibz autē omibus sup hoc, ecce quidaz de militibz qui custodierūt sepulchruz intrauit synagogam dicens, nobis custodientibz monumentum factus est terremotus, z vidimus angelum dñi quō reuoluit lapidem monumenti, z sedit sup eum, p cui timo-

re facti sum⁹ velut mortui. z audiuim⁹ eũ dicentẽ mulieribꝫ q̃ venerãt ad sepulchꝝ. qꝫ surrexit iesus z p̃cederet eas ĩ galileaz. Conuocãtes autẽ iudei milites custodes sepulchꝝ: dixerũt eis. Que st̃ m̃lieres ille ad q̃s angelus locut⁹ est. z q̃re nõ tenuist̃ eas Qui rñderũt. m̃lieres q̃ fuerunt nesci mus. qz nos pre timore angeli q̃si mortui fuim⁹. quõ ḡ illas apphendere potuim⁹. Dixerũt iudei. viuit dñs qz nõ credimus vob. Rñderũt milites. q̃nta miracula ie/sum facere vidist̃ z nõ credidistis. quõ ḡ nobis crederet̃. z vere vt dixist̃ viuit do mín⁹ quem crucifixist̃. Date nob ioseph quẽ inclusist̃ in cubicl'o z nos dabim⁹ vo bis iesum quẽ custodiuim⁹ in sepulchro. Rñderũt iudei. Ecce dom⁹ ioseph in ari mathia est. rñderũt milites. Si ioseph in arimathia: z iesus ẽ in galilea. sic audiui m⁹ ab angl'o dicẽte m̃lieribꝫ. Hec audien tes timuerũt valde. ne si ħ audiret a pl'o oẽs crederẽt in iesum. z congregãtes dede/runt pecuniã multã militibꝫ ne dicerẽt. vt etiã ex euangelio habeẽt. ¶ Dubitat̃ scõo q̃d facere debem⁹ vt dñs iesus ma/neat nobiscũ p gr̃am ĩhabitãtẽ ne iterũ recidiuem⁹ in pctã: z casus seq̃ns deteri/or fiat prioze. Ad ħ dicẽdũ q̃ dñs libẽter manet cũ illis q̃s ĩhabitat p gr̃am. imo inuit⁹ recedit ab eis. qz nõ recedit ab illis nisi expellat̃ p pctm̃ mortale cũ q̃ nõ põt manere p gr̃az. q̃stim enĩ hõ incidit in pctm̃ mortale gr̃a dei gratum faciẽs siue ipa charitas pdit̃. cũ ḡ homo dicit in cor/de suo: mane nobiscũ dñe siue mecuz. q̃d dicet dñs. certe dicere põt. maneas tu me cum: z ego libent̃ manebo tecuz. Dz heu inueniunt̃ multi qui hoc sacro tpe adhuc nunq̃ dñm receperũt hospicio sibi ĩha bitantẽ p gr̃am. cũ illis manere non põt. qz eũ nõ hñt. Tales sunt q̃ nõ vere ꝓniti aut ꝓfessi sunt de pctis suis. vt q̃ aliq̃ pec cata mortalia aut circũstãtias taliũ gues obticuerunt. aut ꝓpositũ peccãdi retinue/runt. vel q̃ bona aliena cũ potuerũt resti/tuere noluerũt. aut primis de dãnis illa/tis in reb⁹. fama corpe aut alijs ad se pti/nẽtibꝫ satisfacere noluerũt. vl' odium ini/micicią aut vindictã ꝓtra ꝓxim nõ depo suerunt. et sic de alijs. Tales vtiq̃ ab eo tpe q̃ aliq̃d illoꝝ fecerũt. si nõ penituerũt nunq̃ dñm p ĩhabitãtẽ gr̃am receperũt Sed de illis q̃ se disposuerũt vt debuert ad dei gr̃am recipiẽdã. est q̃stio: q̃d illi fa cere debeãt ne p recidiuã dñm expellant: z sua gr̃a se puent ¶ De ħ plura scri bũt doctores. attñ tria pñt dari remedia ĩ q̃bꝫ z alia ꝓtinẽt. Primũ ptinet ad actũ cordis. scõm ad custodiã sensuũ exterioꝝ. tertiũ ad fugã male societat̃. Quãtuz ad pmũ dz hõ cogitare in q̃ piculo fuisti. i ta li vicz. qꝫ si fuisset mortu⁹ aĩa tua ad infer num descẽdisset anteq̃ sanguis tu⁹ infri/gidat⁹ fuisset. Scõo ĩ q̃ verecundia fuisti ꝓfitẽdo. z si forte oñdisses pctã tua sic de/bueras: maiorẽ verecundiam habuisses. Tertio in q̃ miseria es z afflictõe tibi in/iuncta seu faciẽda. z in q̃ piculo nisi illã p feceris. Cogitet etiã hõ qꝫ sic̃ null⁹ ad car cerẽ rediret mundi voluntarie si eua sisset. ita etiã nll's ad carcerẽ dz redire diaboli. qz si q̃s nollet redire ad carcerẽ vbi corp⁹ affligeret. a fortiori rõne non dz redire ad carcerẽ vbi finaliter tã corp⁹ pdit̃ q̃ aĩa. z deum pl⁹ offendit q̃ vnq̃ pus offende rat. ꝓpter ingtitudinẽ. imo aliq̃ mõ deuz p det. patet qz est sil'is illi q̃ est incarceratus inter sarracenos. p cui⁹ redemptõe rex p cium mittit z nõ vult cũ nuncys regis re dire neq̃ carcerẽ exire. vl' postq̃ exierit ca/to postea ĩ carcerẽ redit. z p̃ciũ grat̃ dam̃ amittit. nõne tal' regẽ p̃ciuz mittentẽ deri deret z multũ offenderet. sic in ꝓposito re/dempt⁹ de carcere diaboli p christi mor/tẽ recidiuãs ĩ pctã graui⁹ christũ offẽdit: z aliq̃ mõ christum deridet. Ad ħ ergo mors christi nos ꝓtegat debem⁹ seq̃ p̃/ptum angli. q̃ loth educto de sodoma: di xit Gen. xix. Noli respicere post tergũ nec stes in oi circũregiõe: sz in mõte saluuz te fac: ne tu sil' pereas. sic z pctor ꝓfessus cõ nõ respiciat post tergũ delectatõe aut con sensu in pctã dimissa. nec stet in oi regiõe diaboli. i. oẽs pctõꝝ occasiões fugiat. vi/delicet loca. societatem malã. nec cum p/sonis illis habitet: aut familiaritatẽ habe at cum q̃bus peccauit quãtũ fieri potest. hoc idẽ docet nos christ⁹ dñs Luc. ix. di cens. Nemo mittens manũ ad aratrum z respiciens retro aptus est regno dei. hec cogitando de quocunq̃ nostꝝ sic esse de/beret sic̃ ꝺ. illo q̃ passum ptransiuit peri/

culosum, vbi ꝓpter latrones vl' alia pericula vix vivus euasit, qz sicut talis nō libēter ad locum illū redit, ita nec nos ad pctā redeamus nec ad statū in q̄ fuim⁹ ꝓpter p̄dicta pericula, ꝓpter q̄ fere mortem eternā incurrim⁹: scientes q̄ eadē pricula semp sunt pctōribꝫ parata. Nec debz cogitare homo q̄ sicut anno isto ꝓfessus est et euasit, ita et anno futuro qui multos q̄s diabolus anno isto euadere pmisit, vt forte illos et alios audaciores faceret ad peccandū vl' alios in rbete suū ducendū, sicut auceps q̄ auez illaqueatā nō statim occidit: anno futuro euadere non pmittit, qz multa milia hoīm q̄ anno isto peccātes anno futuro morientes dānabunt, qz nō est dubiū, q̄n oīni anno: imo oīni mense oīni hebdomada oīni die z forte oīni hora multi ad infernuz vadant. Si cogitas q̄ viā mūdicie semp tenere magn⁹ esset labor, cogita q̄ pseueranti in illo labore magna debet merces: z magna restat pena deficiēti zc. ℟ Quantū ad scōm de custodia sensuū exteriorum. Primo q̄ntū ad os magnū est remediū et auxiliū cōtra recidiuā frequēs oris confessio: et deuota oratio. Frequēs dico ꝓfessio qz vix est homo ita instabilis qui cito post cōfessiōem ad peccata redeat, qz ꝓpter gratiā infusam: et ꝓpter sibi dicta de periculis suis, cor p aliq̄d spaciū peccatū postea abhorret. Sed humilis siue deuota oīo ideo dicit vt sicut vasallus ab inimicꝫ obsessus a dño suo auxiliū petit. Ita nos dicētes illud ꝑs, lxxviij. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: z ꝓpter gloriā nomis tui dñe libera nos. Debet ergo homo os suū z linguam custodire signāter a detractione, ꝓtumelia, susurratiōe: et primorū offensiōe. Sm illud ꝑs. Dixi: custodiam vias meas vt nō delinquā in lingua mea. Et iterū. Pone dñe custodiam ori meo: z ostiū circūstantie labbꝫ meis zc. Scdo quantū ad aures, frequēs audit⁹ verbi dei, qz sicut ꝓualescētes de infirmitate indigēt frequēti cibatōe corporali, ita conualescētes de illa infirmitate peccatoz indigēt illo cibo frequenter, de q̄ Matth. iiij. Nō in solo pane viuit hō zc. qz sicut dr ad Hebre. v. Cōualuerunt de infirmitate, sed forte nō sunt adhuc fortes facti in bello, ideo oportet q̄ p verbuz dei fortificent z recreent. Ita auditū hō penitens bene custodire debet ne aures suas inclinet ad audiendū detractiōes z susurrationes zc. aut alia verba in nocumentū primi sed pot⁹ illis resistere debet. Tertium q̄ntū ad oculos, fuga visus speculatorū: z visus librorꝫ z vtiliū laborꝫ, z signāter custodia visus a psonis, puocātibꝫ ad malas ꝓcupiscētias zc. Quarto q̄ntū ad manus, largitio elemosynarꝫ, sicut q̄nto instat bellū periculosi⁹ magꝭ sunt necessarij stipē dandū, p ꝓseruatōe corpis, ita nūc p ꝓseruatione aīe, sm illud Eccli. xxix. Elemosyna gratiā hoīs q̄si pupillā ꝓseruabit. Custodiat etiā man⁹ ab oī illicito tactu, ne mors p tactū cor intret zc. ℣ Quantū vero ad tertiū vicz fugā male societatis necesse est vt h̄ fiat. Sicut enī q̄s leprosorum fugit societatē: ne corp⁹ inficiat, ita z necesse ē q̄ malorū fugiat societatē ne aīa inficiat, etiā q̄ntū ad totū corpus debz corp⁹ affligi p ieiunū et ceteras castigatiōes. Sicut nāq̄ in estate oportet carnes q̄ fuari debēt maxime sale ꝓdiri, qz temp⁹ est magꝭ dispositum ad corruptiōem corpalē, ita nunc caro seu corp⁹ hūanū maxime cōdiri necesse est sale ieiunij z pnie, qz ꝓpter diaboli insidias te ꝓpter tpis amenitatē tempus pascale est multū dispositū ad spūalem corruptiōem. Ideo dr Prouer. j. Fili si te lactauerīt peccatores ne ambules cū eis, qz societas mala frequēter ad pctm̄ trahit. Non libenter iret alicꝫ cū latronibꝫ q̄ eū occiderēt z omnibꝫ bōis spoliarēt, sic nō debz ire cū alijs q̄ trabūt eū ad pctm̄. Exemplū de spinis: quarꝫ vna trahit aliā, q̄ enī vult ire ad paradysum nō debz ire cū illis q̄ vadūt ad īfernū qz nō sunt in via sua. Prouerbi. iiij. Ne delecteris in semitis impiorū: nec tibi placeat via malorꝫ. Sana enī poma socia putridis citi⁹ putrescūt, et sani cū infirmis citi⁹ infirmant, qz modicū fermentuz totā massam corrūpit, sic vn⁹ puersus totam societatē. Rogem⁹ ergo dñm ieſuz vt quos sua amarissima passiō redemit: nō sinat iterū in laqueos diaboli incidere per recidiuā, p gratiā suā. Amen.

¶ In octaua Pasce. ¶ Sermo. XLI.

Venit ieſus ianuis clausis z stetit ī medio discipulorꝫ: dicēs eis, Pax vob. Joh. xx.

¶ In octaua pasce

Audistis in die pasce quō christi resurrectio p angelum fuit manifestata mulieribꝫ, z postea die lune quō dñs iesus seipm manifestauit duobꝫ discipul' eunt̄ibꝫ ī emaus. q̄ primo in forma pegrini eū nō cognouerunt: sed postea in fractiōe panis. Et q̄d p ꝫ intelligere debeam⁹, z q̄d facere vt dñs quē nunc sacro isto tpe suscepim⁹: nobiscū maneat. Hodie ꝯo nobis in euāgelio ostēditur quō dñs in die pasce apparuit decez aplis absente thoma. z post dies octo apparuit eis sicut hodie p̄nte thoma q̄ digitum suū misit in loca clauoꝝ in manibꝫ: et manū in lat⁹. z sp̄ venit ad discipl'os ianuis clausis vt cognosceret eum hie corpus gl'iosum: z pacē eis optauit vt in themate. Ꝯo gr̄a decantate Christ⁹ surrexit ⁊c̄.

¶ Venit iesus ianuis clausis ⁊c̄. vbi sup̄. Primo dicā text⁹ euāgelij. Secō p q̄sdā dubitatiōes itellect⁹ euāgelij. Tertio aliq̄ de pace. ¶ Textus euāgelij. A

imortale. iõ ad locũ incorruptibilẽ debuit
ascẽdere. hic aũt locus est celũ. igit' rẽ. Ad
rõem aũt in oppositũ est dicẽdũ q̃ ꝑsentia
sue diuinitatis supplet absentiã sue hũanita
tis. qz ipe ẽ nobiscũ vsq̃ ad cõsũmatõnez se
culi ꝑm ꝑsentiã hũanitatis. Hath. vltimo
imo ꝑm hũanitatẽ inuisibilit' sub sacramẽ-
to rẽ. ℣ Sed itez diceret q̃s q̃re dñs
iesus eleuatis manibꝫ ferebat' in celũ vt di
cit' Lu. vltõ. Ad ꝫ dicendũ q̃ dñs iesus cũ
eleuatõe manuũ ascẽdit z oñdit man⁹ z pe
des et stigmata vulnez suoruz refuata ad
ostendendũ q̃ volẽtes cũ christo ascẽdere
debẽt ei⁹ passionẽ hic portare. Hath. xvj

Qui vult venire post me abneget semetip̃z
z tol. cru. rẽ. Ideo in ꝓcessiõe portam⁹ cru
cẽ z seq̃mur. ad õsignãdũ illõ apli Ro. viij
Si cõpatimur sil' z gl'ificemur. nã ꝑ mul-
tas tribulatões oportet nos intrare i regnuz
celoz. Act. xiiij. Sed itez diceret q̃s qua-
re christ⁹ nõ statim post resurrectõez ascẽ-
dit in celũ. cũ statim post mortẽ debeat aie
celũ q̃ bene vixit. Ad hoc dicendũ q̃ chri-
stus hoc fecit. ꝓpter duo. Primo vt ꝑ mul-
tos dies et ꝑ multa argumẽta se gl'iosuz re
surrexisse approbaret. erat enĩ ꝫ valde dif-
ficile credere: cũ ante christũ nullus vnq̃z
surrexit gl'iosus. z hoc mortalium pectora
nullo mõ subito potuissent capere. cũ etiaz ꝑ
interualla tẽpoz vix capere potuerũt. Item
apli viderũt z audierũt ligari lintheamiĩ
corpus ei⁹. z claudi i sepulcro. ideo si stati
surgens ascẽdisset credidissent ipm furatũ
fuisse a iudeis ne ꝑ deo coleret. z sic tota fi
des pũisset. vnde dixerũt iudei pilato Ma
thei. xxvij. Jube custoduri sepulcrũ ne fo-
rte veniãt discipuli ei⁹ et furent eũ. z dicant
plebi surrexit a mortuis. Fuit g̃ necessariũ
oĩno christũ resurrectõz suã ꝑ multa argu
mẽta ꝓbare ne posteri dubitaret. Secũdo
vt discipulos z matrẽ suã de tristicia mor-
tis sue cõsolaret. z in discipul' verã fidem.
firmã spem z amorẽ generaret. q̃ oĩa iã ꝑ-
diderãt. Fecit ergo xps vt ver⁹ amic⁹ quia
recordat⁹ fuit amicoz tpe exultatõnis sue.
multi aũt amicoz ꝑterito z succedẽtiꝫ pro
speris obliuiscunt'. vt pincerna pharaõis
ioseph in carcere Gen. xl. Sed nõ christ⁹
ꝑm illud ps. Adhereat lĩgua mea faucib⁹
meis si nõ meminero tui. si nõ ꝓposuero hie
rusalẽ in ꝓncipio leticie mee rẽ. ℣
Dubitat' cõsq̃nter ex q̃bꝫ generaliter cog-
sci possit virtus ascẽsionis xpi. ita q̃ virt⁹
hic. ꝑ potẽtia actiua sumat'. Ad hoc dicen
dũ q̃ illud patz ex q̃nq̃. scz ex distãtia quã
ascẽdit. ex ꝑsonis q̃s secũ duxit. ex impedi-
mẽto q̃ remouit. ex loco vñ extraxit. ex du
ratõe qua sp trahit. Primo virt⁹ ascẽsiõis
christi ostendit' ex distantia quã ascẽdit. qz
ꝑm ꝓbm ois ascẽsus et mot⁹ ẽ ab aliq̃ ꝫtu
te mouẽte. z tãto ascẽdit' velociꝰ q̃nto ꝫt⁹ ẽ
maior. Extẽplũ i vaporibꝫ ꝫtute solari ele-
uatis. z i sagitta ꝫtute arc⁹ ascẽdẽte. Chri-
stus aũt virtute ꝓpria q̃si in momẽto. id est
tpe imperceptibili. ascẽdit de terra ad celum

empyreū. Sunt autē infra celū empyreuz ꝑter machinā elementarē nouē celi, videlicet cristallinū siue aqueū, celū sidereū, celū saturni, celū iouis, celū martis, celū solis, celū veneris, celū mercurij, z celum lune. Unde dicit rabbi moyses maxim⁹ astronomus q; qōlibet celū septē planetaz habet grossiciē q̄ngentoz annozū. id est si aliq̄s homo iret in sursū oīm die, xl. milliaria, z q; vnū miliare sit duoz miliū passuū: per trāsiret grossiciē vnius celi in q̄ngentis annis. z inter celum et celum est spacium similiter q̄ngentoz annozū. Ex q̄ infert a terra vsq; ad celū empyreū tantū esse spaciuz quantū de via plana vn⁹ iret in septē milibus z septingētis annis si intantū vineret, etiam si quotidie iret q̄dragīta miliaria vt supra dicit Hugo de prato q; taꝫ sursū eūdo vt supra vix ꝓficeret hanc distantiaz in octo milib⁹ annoz. Et nō videaꝫ ꝟ absurdū. qz hoc est verisīle et rōnabile. Verisīle enī videt: qz vt dicūt astrologi quelibz stella maioz est tota terra, z tm̄ videt parua vt quoddā speculū. Itē sol q̄ est lōge inferioz q̄z sidera ē centū, xl. vicib⁹ maioz q̄z tota terra, z tm̄ videt ita paru⁹, qō attestaꝫ magnā distantiā esse celi a terra. Hoc etiā videtur rōnabile, qz fm suā ꝓporcionē locatoz ad inuicē est ꝓporcio loci ad locū, sed bona glorie que sūt in celo empyreo (quia ibi gloria dei manifestaꝫ) excedūt in infinitū bona q̄ sunt in mūdo, ergo loc⁹ ille debz excedere istū in oīm bonitate loci q̄si in infinitū. sed vna de bonitatib⁹ loci est vt dicit pḥus q; sit alt⁹, quia iuxta terrā sūt multe corruptiones z infectōes, et plus in paludib⁹ q̄z in montib⁹, qz q̄ inuisibilia dei p ea que facta sunt intellecta cōspiciūt, ad Roma. j. volu it etiā deus p immēsam altitudinē loci oīdere imensitatē boni qō est ibi. Christ⁹ autem ī vno momēto ꝓpria virtute sup oīes celos ascēdit: z puenit ad magnū celū sancte trinitatis, z hoc inq̄stū homo, qz inq̄ntum deus fuit semp in illo magno celo. Johānis. iij. Nemo ascēdit in celū nisi qui descēdit filius hoīs q̄ est in celo. Et ad Ephes. iiij. Qui descēdit ipe est et q̄ ascendit super oīes celos, z sic ascēsio saluatoris ostendi tur fuisse magne potētie z virtutis et velocissimo trāsitu. Dicit Honor⁹ in libro ad splitariū de imagine mūdi q; sol octies maioz sit tota terra, et hoc ꝓseq̄nter dicūt astronomi. Primū tm̄ habet rōes efficaces. vt patet ex dictis, z approbat Hugo ō prato

2 I Secūdo virt⁹ ascēsionis xp̄i ostēdit ex p̄sonis quas secū duxit, quia oēs aīe que ascēderūt in celū, vel que vsq; in finez mūdi ascēdent in ꝟtute hui⁹ ascēsiōis ascēdunt, fm illud .j. ad Thoz. xv. Si christ⁹ resurrexit et nos resurgem⁹, ita si christus ascēdit et nos ascendem⁹, et multo magis qz difficili⁹ est resurgere q̄z ascēdere qz resurgere est sup totam naturā. Joh. xij. Si ego exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad me ipm. Exemplū cuspis ferrea ponit in cauda sagitte ꝓpter magnā potentiā arc⁹, z q̄nto maioz est virtus arc⁹ tanto maioz ponit cuspis. sic christ⁹ ponēs multas aīas i ascēsu suo magnā virtutē oñdit ꝓpt̄ qō petebat spōsa Cañ. j. Trahe me p⁹ te currem⁹ ī odorē suauitatis. Tercio ꝟ idē patet si cōsiderem⁹ impedietia tractū, s. pcta totī⁹ mūdi. nam quodlibz peccatū ē graui⁹ tota terra, quia si tota terra esset vbi erat lucifer in magno tpe nō descēderet q̄ descēdit lucifer in momēto ꝓpter vnū pctm̄, et q̄re certe ꝓpter grauitatē peccati, sed oīa pcta nō potuerūt impedire istū ascensū q̄n hūana natura ad celū ascēderet, nō q; peccata ascēderent sed pcta remouit vt homīes ascēdere possent. Si g̃ volum⁹ virtute illi⁹ ascēsionis ascēdere pmittam⁹ vt christ⁹ peccatuz a nobis remoueat ac etiā nos deponam⁹,

4 Quarto idē patet si cōsiderem⁹ vnde christus extraxit aīas ad secū ascēdendū. qz de manu p̄ncipū potētissimoz q̄z potentia omnē ptātem supat. Job. xlj. et Osee. xiij. Ero mors tua o mors morsus tu⁹ zc̄. Quinto patet idē ex ꝓtinuitate, qz q̄nto maioz est virtus tāto magis durat ascēsus et motus vt patet in sagitta, sed virt⁹ hui⁹ ascensus durabit vsq; ad finē mūdi, donec nō solū aīas sed etiā corpa sanctoz oīm ascēdere faciat, z in infinitū duraret si mūd⁹ nō deficeret. Ideo charissimi si nondū trahimur oremus vt trahamur vt dicit Aug. Ex his ergo patz q; ascēsio christi fuit magne potētie et virtutis, et ideo admirabilis. Admiramur enim homines magne potentie et virtutis. vt Hampsonē Salomonē z sic de ceteris, z ideo cātat ecclia. Stant suspensi vultib⁹ zc̄. De ascensiōe etiā ange

li admirati sunt dicentes Esaie.lxiij. Quis est ille q̄ venit de edom ꝛc. Implorem⁹ g̃ dn̄m ihesum hodie sup oēs celos ascēdentē vt sua potēti virtute et pietate nobis succurrat vt hic vitā nr̄am ad bn̄placitū suum dirigam⁹ quatenꝰ post exitū animar̄ nr̄arū celos sūr ascendere valeam⁹ Amen.

¶ Dn̄ica infra octauā ascensionis

Sermo XLVI

Cum venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre spm̄ veritatis ille testimoniū phibebit de me. Joh.xv. In primo sm̄one in festo ascēsiōis christi audiuistis quō dominus ihesus bis apparuit suis discipul⁹ primo in cenaculo in ciuitate hierl'm .ꝛ cū eis comedit. Secōo in mōte oliueti qn̄ eis presentib⁹ ꝛ virgine maria et multis alijs in celū ascendit eleuatis manib⁹. Ex quib⁹ etiaꝫ cognoscit gl'ia ascensiōis christi ꝛ virtus ꝛ q̄ntū sit festū. cum q̄nta comitiua ascendit. Hodie nobis nūc i euāgelio ꝓponit oratio spūssctī aduenientis. de q̄ sepi⁹ dn̄s discipulis suis dixit .qualit etiā spūssctūs testimoniū phibebit de ꝓpo p predicatōez apostolor̄ et ꝓfirmatōem miraculor̄. q̄s similiter tribulatōes discipuli erāt passuri ꝛc. p que oia spūssanct⁹ testimoniū phibebit de christo q̄ discipul' suis hec ventura p̄dixit. Pro gratia Aue ma. ¶ Cū venerit paclit⁹ ꝛc. vbi supra. Prīo dicā euāgeliū. Secōo ei⁹ intellect⁹ p breues dubitatōes. Tercio subiūgant aliq̄ q̄stiōes siue dubitatōes

¶ Textus euangelij

In i.t.d.i.d.s. Cū venerit paclit⁹ quē ego mittā vobis a pr̄e spiritū ꝟitatis q̄ a pr̄e ꝓcedit ille testimoniū phibebit de me. ꝛ vos testimoniū phibebitis q⁹ ab initio mecum estis. Hec locut⁹ sum vobis vt nō scādalizemini. absq̄ synagogis facient vos. sed venit hora vt oīs q̄ interficit vos arbitret ob sequiū se p̄stare deo. ꝛ hec facient vobis q⁹ nō nouerūt patrē neq̄ me. Sed hec locutus sum vobis vt cū venerit hora eor̄ reminiscamini q⁹ ego dixi vob⁹. Joh.xv.ꝛ.xvj.ca.

¶ Hoc euangeliū dixit dn̄s discipul' suis in illo vltimo longo sermōe quem post vltimam cenam recedente iuda eis dedit. in quo certissime eis dixit se missurum spiritūsanctū. ꝛ continet in se duas ptes. Secunda ibi. Hec locutus sum vobis. In ꝑma parte oñdit spm̄sactū eis venturū qui testimoniū phibebit ō christo p hoc q⁹ homines simplices ꝛ illr̄atos illuminabit de ꝓfunditate scripturar̄ ad p̄dicandū populo in oīi genere linguar̄ ꝛc. In secūda pte dn̄s ihesus p̄dixit discipulis suis mltas tribulatōes et aduersitates q̄s erant passuri vt sic illis ꝓuisq̄ veniāt cognitis tāto min⁹ turbent. quia iacula ꝓuisa min⁹ feriūt ꝛc.

A Circa primā ptem diceret q̄s .possum⁹ ne habere ex hodierno euāgelio q⁹ spiritussanctus sit de⁹ :cū multi heretici fuer̄t ꝛ hodie sunt dicētes spiritūsctm̄ nō esse deum. Ad hoc rñdet q⁹ ex hodierno euāgelio clare habem⁹ spiritūsanctū esse deum. vnde cū saluator dicit .Cum venerit paclitus ꝛc. Nota spontaneū ꝛ libez esse aduētū spūssancti. Un̄ glo. dicit. Cū venerit scz sponte vt deus qui a nemīe cogi potest cū sit de⁹. ꝟm illud Joh̄ā.iij. Spūs vbi vult spirat. Satis g̃ patet spm̄sanctū esse deum ex hoc q⁹ sponte ꝛ libere venire ꝓhibet. in reb⁹ enī creatis nihil est qō liberaꝫ habeat actōem. cū nō habeat libez esse sed dependeat a primo ente. imo spūssctūs nō soluꝫ liber est sed secū affert libertatē .quia illos q̄s inspirat liberos facit. ꝟm illud.ij. Cor̄. iij. Ubi spūs dn̄i ibi libertas ꝛc. Ex quo i ferē q⁹ licꝫ spūssctūs mittat a patre ꝛ filio n̄ tamē est minor patre aut filio quia trium p sonar̄ est vna essentia eq̄litas ꝛ potentia. Secūdo p hec ꝟba dn̄s manifeste excludit errorē illor̄ q̄ dicūt spiritūsanctū soluꝫ a patre ꝓcedere. sicut diu in hoc errore laborauerūt greci. ꝛ timendū q⁹ p ꝑ thurcis infidelib⁹ sunt subiecti. patz illud. q⁹ p hoc qō dn̄s dicit. quē ego mittā vobis a patre ostēdit se illū mittere. ꝛ p cōsequēs spm̄sanctū a se ꝓcedere. Sed p hoc qō dicit spiritum veritatis q̄ a patre ꝓcedit: oñdit spiritūsanctū a patre ꝓcedere .ꝛ p ꝓseqns ꝓcedit ab vtroq̄. vt dicit etiā canon de cōse. di.v. Saluator. B Sed diceret q̄s. quare spūssctūs dicit paclit⁹ ꝛc. Rñdet q⁹ in euāgelio tanguntur due cōditiones spūssancti. ꝓprima ē q⁹ dicit paclitus id ē cōsolator. Secūda q⁹ dicit spūs ꝟitatis .De ꝓmo est notandū q⁹ spūssctūs dicit ꝓsolator cōsolat enī deuotos q̄s inhabitat mlta in eis ꝛ cū eis operādo. ex q̄b⁹ sumūt multipli

ces ꝓſolatões interiores ꝛ exteriores. interiores in intellectu memoria ꝛ voluntate, ita vt intellect⁹ cognoſcat deū infinitā eſſe ſapientiā iuſticiā bonitatē miſericordiā ꝛ potentiā et oīa bona q̄ habz a deo ſibi ee collata, noſcat etiā dei p̄cepta q̄by ſe diſponat ad ⸗tutes ꝛ ſtudeat vitare vicia. Deōria ⸗po memoree ꝛ recogitet dei bñficia ſibi cū toto hūano genere ꝛ ſibi cū mlt⁹ alijs aut ſibi in ſingulari tradita. ita q̄ cogitet quomodo generi hūano tātū de⁹ bñficiū cōtulit vt ad imaginē ei⁹ fact⁹ eet eterne ⸗bitudinis capax. ꝛ poſt caſum p paſſionē xp̄i a diabolica ptāte redimēdo xp̄ianis oīb⁹ maximā gr̄am factā q̄ ad fidē xp̄i puenerī. in qua et nō alit⁹ ſaluari p̄nt. et q̄ p penitētiā itez reſurgāt. et oīa coz opa mortificata reuiuiſcāt. ſingularit⁹ cuilibet hoī q̄d contulerit cogitet q̄tiens eū cuſtodiuit: ꝑſeruauit. ad gr̄am recepit. cuſtodiuit a peccatis: a ſcādalis. a pericul⁹. a morte ꝛc. Voluntas vero ſe exerceat in dei dilectōe ꝛ ꝓximi. et ſit ḡta de oīb⁹ bonis ſibi a deo ⸗penſ. Conſolat⁹ ſepe etiā ſpūſſctūs bos q̄s inhabitat q̄buſdā exterioribꝫ cōſolatōibꝫ. vt q̄buſdā inſolitis viſiōibꝫ xp̄i et ſctōz eius q̄ñq̄ in extremis ꝛ hic in vita ſua. q̄ñq̄ ꝓo occult⁹ reuelatōibꝫ. Sed valde timendū eſt talib⁹ ne angel⁹ ſathane ſe trāſſiguret in angelū lucis et ſic decipiāt. De hoc ſupra dixi. xlij. L. Scōa cōditio ſpūſſctī q̄ dr ſpūs veritatis. ꝛ ℔ tō ⁊m Chriſo. q⁹ verax ꝛ dign⁹ eſt. multi enī vera ſciētes veri nō ſunt quia ſpm̄ veritatis nō habēt. ſz ille ſpūs ⸗itatis vera docet ꝛ veraces efficit. ideo dñs eum aſſumit hic ī teſtē ⸗itatis dicēs. Ille teſtimoniū ꝓhibebit de me ꝛ vos teſtimoniū ꝓhibebitis ꝛc. vbi dicit Aug. Ille vobis inſpirādo et vos exteri⁹ ſonādo. et ita ſpūſſctūs teſtimoniū ꝓhibuit xp̄o in hoc q̄ ap̄los tales fecit q̄ ſciuerūt ꝛ audebāt p̄dicare euā gelīū et fidē chriſti coz̄ oīb⁹ ꝛ intrepide. q⁹ enī ꝑus hoīes illiterati ꝛ ſimplices de ꝓfunditate ſcpturaz ſubito plane loq̄bant⁹ ꝛ in oīni genere līguaz fuit maximū ſignū ad ꝓfirmādū fidē xp̄i. ideo dicit. ꝛ vos teſtimoniū ꝓhibebitis. ſ. p̄dicādo oīb⁹ populis q⁹ ab initio mecū eſtis. nō ab initio vite ſz ab initio p̄dicatōis q̄ñ dñs incepit docere ꝛ facere miracula ꝛc. Ex illo ⸗z ꝑma ꝑs ad q̄d dñs miſerit diſcipulis ſpm̄ſanctuz. ſcz ad teſtificandū de veritate. Ex q̄ inferē ꝓſeq̄nt⁹ q⁹ q̄ñ dicit ſpūſſctūs mitti a filio. ñ ꝑ ℔ excludit⁹ q̄n mittat eū p̄. q̄n etiā mittat ſeip̄m. q⁹ venit a ſeip̄o. ꝛ liberalit⁹ vbi vult ſpirat. nō autē venit ſine p̄re et filio eū mittentib⁹. q⁹ tota trinitas ꝑ ſpm̄ſanctū inhabitat coꝛda nr̄a. eo q⁹ opa trinitatis ad extra ſūt indiuiſa. D Sed di. q̄re ſpūſſctūs dicit ſpūs ⸗itatis. Rñdet⁹ q⁹ iō quia oīa q̄ ꝑ ꝓphetas ꝛ ſctōs locut⁹ ē ſunt veriſſima. et ſpūiſctō valde aduerſū ē mēdaciū. Uñ diabol⁹ ē p̄r mēdacij. Joh. viij. q̄ primū mēdaciū dixit in celo. Ero ſil⁹ altiſſimo. Iſa. xiij. et ſcōm ī ꝓdiſo ſeducēs euā cū dixit. Neq̄q̄ moriemī ſz critis ſicut dij ꝛc. Heñ. iij. Sed itez diceres. quā ⸗itatem ſpūſſctūs nos ūſtruit. Rñdet⁹ q⁹ oēm ⸗itatē nos docet neceſſariā ad ſalutē. vt ꝓz Joh. xvj. Cum venerit ſpūs ille ⸗itatis docebit vos oēm ⸗itatē. ⸗pro q̄ notandū q⁹ triplex eſt veritas. ſ. vite iuſticie ꝛ doctrie. Veritas vite in ℔ conſiſtit vt q̄libz faciat q̄ deo ſit placita. primo vtilia: ꝛ ſibi meritoria. ꝛ breuit q⁹ obſeruet dei mādata. Ita legit⁹ de thobia q⁹ etiā in captiuitate poſit⁹ viā veritatis ñ deſeruit ita vt oīa q̄ habere poterat quotidie captiuis fratrib⁹ ipartiret⁹. Thobie. i. Cōtra iſtā viā veritatis agūt oēs q̄ aliena recipiūt. xp̄m offendūt: ꝛ ſeipos pctīs maculāt. ꝛ generalit⁹ oēs pctōres. Cōtra eam etiā agūt oēs hereticī ꝛ ypocrite oīdentes ſe dei p̄cepta ſeruare ꝛ int⁹ pleni ſūt peccat⁹. Itē oēs falſi amici. pei⁹ eī ē falſificare amicicia q̄z pecuniā. viij. ethicoz. Oēs iſti non habēt ſpm̄ veritat⁹ ſed diabolū ſpm̄ falſitatis. q̄ omiſſa veritate ita facit eos gaudere de falſa vita vt tandē eos ad ꝑpetuā mōrtem ꝺducat. Scōa eſt veritas iuſticie. hec veritas iuſticie ī iudicio ſeruāda eſt. ⁊m illō Eſa. xlij. Dedi ſpiritū meū ſup ipm et ī veritate deducet iudiciū. Et illa veritas iuſticie nihil aliud eſt q̄z redderevnicuiq⁹ q⁹ ſuū eſt. vt ſic ſeruet⁹ lex natural⁹. q⁹ tibi non vis fieri ꝛc. Contra iſtā ⸗itatē iuſticie agūt mlt⁹ totiēs accuſatores. iniq̄ teſtes. falſi aduocati. verboſi. prauī cōſiliarij. iudices iniuſti q̄ oēs coꝛrūpūt odio aut amoꝛe pecūie aut timoꝛe iuſticiā. vt patet ſupra. xlij. J. Hodie enī freq̄ntiſſime iuſticia tollit⁹. q⁹ ī nocētes ꝺdemnāt⁹ ī iniuſti ꝑualet⁹. ⁊m illud Eſa. lix. Cōuerſū ē retroꝛſū iudiciū ꝛ iuſtiz

cia longe stetit, qz corruit ī plateis ꝟitas et eqtas nō potuit ingredi, et facta est ꝟitas ī oblīuionem, et q̄ recessit a malo p̄de patuit Tercia ōz veritas doctrine q̄ est in sana et vera doctrina, quā etiā docz z inspirat spi ritusscūs. Uñ dicit apl's. ij. Pe. j. Nō vo lūtate hūana allata est aliqñ ꝓphetia sz spū scto inspirati locuti sūt scī dei hoīes. Hec autē veritas doctrine ꝙsistit in docēdo ea que ad salutē sunt necessaria. z que defui unt ad dilectōem dei z pxīmi. Cōtra hanc ꝟitatez pugnāt et docēt oēs q̄ sunt extra ec clesiam, vicz iudei pagani heretici. et oēs qui cōtradicūt scripturis veteris z noui te stamēti atqz doctoribz sctis ab ecclīa appro batis, qz oēs hi inspirati sunt p spūmsan ctū vt dicit apl's Pe. vbi supra. Sūt z mlt̄i xp̄iani q̄ ꝫ hanc veritatē loquūt, vicz de tractores, adulatores, irrisores, maledici, bla sphemi, cōtentiosi, nugaces, susurrōes, pīu ri, z intantū veritas nūc diminuta est z in ualuit mendaciū z falsitas q̄ nescimus cui hō credere debeat si audit ꝟbū pxīmi sui ō aliq̄ absente z̄c. ita vt nūc vere dicat illō p̄s Dis hō mēdax, qō est vticz pessimū vicīū Unde legit de q̄dam sapiēte q̄ int̄rogauit magistz vnū de vita nepotis sui. Cui ma gister dixit. Nepos vester ē gulosus: luxu riosus z taxillorz lusor. Et dixit sapiēs, hec ōia de facili correptiōz accipiet. sz est ne mē dax, imo (dixit magister) ipe ē mendacissi mus, tūc suspirās sapiēs dixit. Jam de ei⁹ correctōe despero. Ecce q̄ malū est mētiri. Consulēdū est g̃ cuilibet fideli vt diligēti⁹ se a mendacio custodiat, z triplicē veritatē p̄dictam cōseruet. Nam dicit ꝓpheta. Per des oēs q̄ loquunt mendaciū vicz p̄nici osum z̄c. ℣ Dicerz q̄s, q̄re saluator nr̄ nō determīauit discipul' tpus aduēt⁹ spūs sancti. Rñdet q̄ ꝓpter duo. Primo vt desi derīū eoz augeret, quia spes q̄ differt affli git animū. Prouer. xiij. Jpi aūt erāt in spe accipiendi spūmsanctū, z q̄nto diutiꝰ differ rebāt: tanto desiderīū augebāt. Secundo ideo vt sp simus pati ad suscipiendū ꝑ ma gnum donū vicz spīritūsanctū, cognouert tñ discipuli nō diu tardare spūmsanctus ex verbis xp̄i que in die ascēsiōis dixit eis, vt manerēt in hierusalē in cenaculo q̄usq̄ re cipent spūmsanctū z̄c. Ex hoc g̃ euāgelio z signant ex ꝓma eius ꝑte habem⁹ hāc doct nam q̄ oēs fideles admonent vt se p̄pa rēt ad aduentū spūssancti q̄ est deus omni potēs sicut et pater z filiꝰ, ꝓpterea sicut ī q̄ dragesima añ festū pasce nos p̄pauim⁹ ad suscipiēdū eucharistīā deuote, ita nūc nos p̄parare debem⁹ ad suscipiendū spūmsctū. Qui autē hoc nō facit non videt vere cre dere spūmsanctū esse equalē filio. Quid er go talib⁹ respōdebit spūssctus cū ī festo pē thecostes inuocabūt eū dicētes. Veni san cte spūs z̄c. timēdū est q̄ dicat, nō veniā te cū habitādo, quia habitaculū cordis tui ē immūdum, vñ Sapie. j. In malīuolā ani mā nō introibit sapīa nec habitabit in cor pe subdito peccat̄. spūs enī sctūs disciplīe effugiet fictū, et auferet se a cogitatōib⁹ que sunt sine intellectu. Ideo ecclesia nullā diē a festo pasce vsq̄ ad festum penthecostē ita stricte p̄cepit ieiunare sicut vigiliā penthe costen, vt habet. lxxvi. di. Hosse, vbi dicit. Non minori letīcia celebram⁹ diē penthe costen q̄s sctm̄ pasca celebrare curauimus. Sicut g̃ tunc ieiunam⁹ z oratōib⁹ perno ctanter īstitūm⁹, ita nūc sīlem obseruantiaz sīlis letīcia subsequat. dicit glo. sup ꝟbo ne cesse est, id est ꝓuenīes est ꝓm glo. nam con silīū est, nō enī q̄cquid cōsulit iuri necessī tate subīcit. de pe. di. vj. c. j. in fi. Ex hoc se quitur q̄ vtile est homini ad p̄parandum se ad susceptōem spūssancti vt cōfiteat pec cata sua. Ideo valde vtile est semp in an garia cōfiteri, qz in his qui raro confitent multa peccata cumulant, et sic de multis peccatis oblīuiscunt, que diabol⁹ bene cō siderat et in extremis talib⁹ raro cōfitentib⁹ ea obīcit. et p hoc multos in desperatōem inducit, quod sic facere nō potest illis q̄ se pius confitent. Secūda pars euāgelīj ha bet Johānis, xvj. cum dicit. Hec locutus sum vobis z̄c. ℣ Circa secundā ptez euangelīj diceret q̄s, q̄d voluit christ⁹ do minus dicēs discipul', vt nō scandalizemī. Rñdet q̄ hoc voluit q̄ venientib⁹ aduer sitatib⁹ nō caderent in peccata mortalia p impatientīā. Dicit enī quis scādalizari in tribulatiōe quādo tribulatio est ei occasio peccati, vicz impatiētie: murmuratiōis vel blasphemie contra deū, z tñ enumerat tri bulatōnes istas dicēs. Abseq̄ synagog̃ fa cient vos. id est excludēt vos a synagogis, et p excōmunicatis reputabūt vos, z sub-

ungit. Venit hora vt oīs qui interficit vos arbitret obſequiuz ſe prestare deo. ſcz ſuo. Judei enī adeo excecati fuerūt q̄ interficiendo diſcipulos chriſti putabāt ſe facere obſequiū vero deo. Sed illa ignorātia eos nō excuſabat q̄ habuerūt leges ⁊ prophetas ex q̄bus ſcire poterāt chriſtū veniſſe. Unde Johā. xv. dixit ſaluator. Si non veniſſem ⁊ eis locutus nō fuiſſem peccatū nō haberēt. ſcz infidelitatis. nūc autē excuſatōem nō habent de peccato. De iudeoz excecatiōe dicit Aug⁹ lib. xvij. de ciui. dei. ca. xix. q̄ ex malicia ſua iudei ſic ſunt excecati q̄ etiā aperta teſtimonia ſcripture ſacre ō chriſto nō cognoſcūt. quod bene añ hoc pl⁹ q̄z mille annis p̄dixit dauid in ꝑs. Obſcurent oculi eoz ne videāt: ⁊ dorſum eorū ſemp incurua. Ubi dicit glo. ordinaria. Obſcurent oculi eorū. id ē mens: ne videant. id ē ne agnoſcāt ver. ſolez. ſiue ne videant ſe peccare. q̄ſi diceret. ex quo noluerūt intelligere ſcripturas eis clare expoſitas ī penā ſuoz peccatoz tanq̄z ceci tādem non intelligent eas cū vellent. q̄ enī ſine cā non viderūt fiat eis nō videre. ⁊ dorſum eoz id eſt volūtatē vl libez arbitriū quo onera diuinoz p̄ceptoz portari debēt. ⁊ q̄ debet erigi ſurſum ſemp incurua ſupple ad terrena. vel incurua. id ē in peccatis aggraua. Ubi dicit Auguſtin⁹. hoc cōſeq̄ns eſt obſcuratis oculis. quia enī ſupna nō vident de inferioribz cogitāt. ⁊ hoc de illis p̄dictū eſt q̄ nō penitēt vt dicit glo. Ubi notat hymo q̄ hec ꝓba nō optātis ſed p̄dicent. ſ. officio dicunt. Eſt tamē ver. vt dicit Auguſ. xvlij. de ciui. dei. ca. xlvj. q̄ multi iudeoruz poſt paſſionē chriſti cōuerſi ſunt: attēdentes ſcripturas. Alij vero excecati per orbē diuiſi neq̄z occidēdi ſine ſpeciali demerito ſm illud p̄s. Deus oſtēdit mihi ſup inimicos meos ne occidas eos nequādo obliuiſcant pl̄i mei diſpge illos in virtute tua vt videlicz ſint vbiq̄z ī memoriā paſſiōis chriſti. Gentiles autē interficiēdo ap̄los et alios fideles chriſti putabāt ſe obſequiū prestare deo ſuo opinatiuo. ſcz ioui. mercurio marti. et ſic de alijs ydol q̄ colebant. Quare autē apoſtoli paſſuri erāt hmōi tribulationes ſubdit q̄ ꝓpter p̄dicatōnem nomis chriſti factū eſt. ideo dicit. Et hec faciēt vobis q̄ ñ nouerūt patrē neq̄z me. ſ. noticia determiata de pluralitate p̄ſonaz q̄ fuit obſcura. licz iudei habuerūt noticiā ō vno deo colendo. et etiā aliqui maiores de pluralitate p̄ſonaz habuerūt noticiā. ſed eorū noticia fuit obſcurata ꝓpter odiū quod habebant ad chriſtū ⁊ eius doctrinā. et ſic licet iudei (ſaltē maior pars) cognoſcerēt deum inq̄ntū eſt pater p̄ creatōnem. nō tñ inquantū milit filiū ſuū ad ſalutē credentiū. Sed illa ignorātia eos nō excuſat. quia p̄ceſſit ex odio et inuidia cōtra chriſtū vt ſupra. Similiter illa ignorātia nō excuſat infideles tyrānos p̄ſequentes ap̄los chriſti ⁊ alios fideles quia p̄ceſſit ex obſtinatōe eoz in peccato ydolatrie. ptz quia videbāt apoſtolos ⁊ alios fideles chriſti facere multa ſigna et p̄digia virtute diuīa. ⁊ tñ nihilominus p̄manſerūt in infidelitate. Ecce iaz patet quō chriſt⁹ dñs p̄dixit apoſtol' multa aduerſa imo et mortē que paſſuri erant. Hec ſolū ap̄lis ſed et oīnib⁹ fidelib⁹ futuris q̄ pie chriſto dño ſeruire ⁊ militare ſtudent. Quid heu noſtris tpib⁹ clare in aperto cognoſcimus nō ſolū ab infidelib⁹ ſz etiam a fidelib⁹ qui boni chriſtiani dici volūt

Dubitaſ q̄ tū ad terciā ptem ſmonis quare de⁹ ſuos fideles: etiā quādoq̄z iuſtos p̄mittit tot aduerſitatib⁹ et tribulationibus fatigari. Reſpondeſ q̄ ꝓpter tria. ſcilicet vt probent. vt corrigant. vt humilientur. Primo vt probent: ſicut ſcolaris ō nouo intrās ſcolas tēptaſ de patientia. ⁊ miles de cōſtantia. Sic legiſ de Cōſtantino impatore q̄ chriſtianos nouos in fide probauit qui fideles eſſent ⁊ cōſtātes. Sic deus inexptos p̄bat per multas tribulatōes vt cognoſcant ſeipſos et ab alijs cognoſcātur. Tribulatio enim facit hominē noſcere ſeipm vt p̄ experientiā ſciat an ſit patiēs. iuſtus. conſtās. benignus. caritatiu⁹. hūilis ⁊c. Multi enī tēpore pacis et proſperitaſ de ſeipſis multa preſumūt et magna. ⁊ tamē modica aduenīēte temptatōne ſiue tribulatione cadūt per impatientiā quandoq̄z in multa peccata ⁊ vitupia ⁊c. Recte ſicut Petrus apoſtol⁹ qui tēpore pacis dixit ſe velle mori cū chriſto. poſtea in tēpore captuitatis ſue eū negauit. Mathei. xxvj. Sic multi ſunt qui alijs bene conſulūt q̄

liter se habere debeant in tribulatõe et aduersitate, z dicunt in tali casu, si eis aduenireret talis temptatio velle se taliter vl taliter habere z deo cõmittere. et tamẽ statim cuz modica eos tangit temptatio plus mouẽtur ad impatientiã q̃s hi quib consulere solebant. Similesicut hõ sepe anteq̃s attingit dignitates et officia bñ iudicat: dicendo se sic vel sic velle regere si esset res sua. cum autẽ attingit huiusmodi statũ peior efficitur q̃s ille quẽ prius iudicauit male viuere siue regere zc. Sic ergo homo bene probat quãtũ ad se p aduersitates et tribulationes vt seipm noscat. Unde Eccliastici, xxvij, dicit. Sicut vasa figuli pbat fornax: ita homines iustos tẽptatio tribulationis. Suo mõ de⁹ pmittit tribulationes et aduersitates euenire hominibus iustis et sanctis vt ab alijs cognoscant quãte sint patientie. Sic tẽptauit deus Job p sathanam in ablatõne rerũ: familie: filiorũ: z corporis punitõe. Sic Abraham in ymolatione filij sui: et fidelis inuẽtus ẽ. Unde Iudith, viij, dicit, q̃ quãdo filij isrl fuerunt in psecutõne Holofernis Judith vocauit psbyteros dicẽs eis. Vos fratres q̃ psbyteri estis in populo dei: ad eloquiũ vestrũ corda eorum erigite, vt memores sint quomodo a deo temptati sint patres nostri vt probarent si vere colerent deum suũ, memores esse debent quomodo pater noster Abraham tẽptatus z per multas tribulationes probat⁹ dei amicus effect⁹ est. Sic ysaac, sic iacob. sic moyses zoẽs q̃ placuẽt deo ab ũtio mõi p multas tribulatões trãsierunt fideles. Illi autẽ qui temptatões nõ susceperũt cum timore dñi: et impatiẽtiam suã et improperiũ murmurationis sue contra dñm ptulerũt: exterminati sunt ab exterminatore: et a serpentibus perierũt.

Secũdo deus tribulatões et aduersitates homini ĩmittit vel pmittit vt corrigatur. Flã aurifaber mittit aurum in testam vt per ignẽ clarificet z purget a mixtura. sic deus per tẽptatões et tribulatões purgat animas a peccatis. Et hec est ratõ quare sancti martyres aliq̃ maximã tormẽtorum lesionẽ senserũt. quia p hoc peccata venialia si qua habuerũt deluerũt. et eorũ meritum et coronam auxerunt. sm illõ ps in psona martyrũ. Posuisti tribulatões in dorso nostro. transiuimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigeriũ. Sic filij israel ducti per desertum. xl. annis magnis tribulatõib purgabant. z hodie hoc cõtingit in multis peccatoribz. Tercio hõ aduersa patitur zc. vt humiliet. quõ enim quis posset proximo suo tribulato compati siue temptato qui nunq̃s tribulationẽ aut temptatõnem passus esset, nisi eni temptaremur propter defectũ nostre cognitõis et experientie de nobisip̃is supbiremus. Exemplum habem⁹ de apostolo paulo q̃ temptatus est a carne licz esset vas electõnis. Unde dicit, ij. ad Chorin. xij. Ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angel⁹ sathane q̃ me colaphizet. Q̃s multi inuenirent qui spernerent primos suos et forte sputum in eos mitterent propter certa eor peccata. q̃ memores suor peccatorũ et temptatõnuz ptermittunt q̃uis etiã plures alios despiciant non attendẽtes peccata sua zc. Sic ergo patet quare nos deus tribulari pmittit: tẽptari siue aduersitates pati. Et p hoc esset respõsum ad terciũ que vtilitates proueniant ex tribulatõe: aduersitate siue temptatione. Diceres ergo. dixisti nũc quare pmittit deus tribulatões iustis et iniustis. et q̃ sint homini vtiles zc. quas tamen vtilitates cõsequit homo ex aduersitate et tribulatõne. Respondet q̃ tres principaliter quibus et alie cõdependere vidẽtur. videlicz. Culpa dimittit siue pena diminuit. Gratia dei tribuit. Gloria celestis acquiritur. Ad hec autẽ promerenda vel saltem vnũ eor quodcũq̃ nõ sufficit omnis tribulatio presentis vite sm quod dicit aplus ad Roma. viij. Non sunt condigne passiones huius tẽporis ad futuram gloriã que reuelabit in nobis. De quo dicit Bernard⁹. Nõ sunt cõdigne passiones hui⁹ tpis ad preteritam culpam que dimittitur. ad psentem cõsolationis gratiã q̃ immittitur. ad eternã penã que remittitur. et futuram gliaz que promittitur. De primo patet quia homo pro culpa mortali meretur penam eternã. Quid autem est omnis pena temporalis ad eternam. vnde licet in cõtritione cõmutet pena eterna in tpalẽ tñ adhuc pẽa tpal purgatorij tãta ẽ q̃ nlla tẽpal pẽa imo oẽs pene tot⁹ mõi sibi ñ valẽt

ꝓparari. ꝺ pe. di. vij. Si q̄s. i fi. Ad ℔ valz exēplū triū mortuoꝝ resuscitatoꝝ ad tactū cilicij scī hieronymi. Est tñ verꝝ q̄ ex merito passiōis xp̄i virtute clauiū multū remittit de illa pena purgatorij. Si g̃ pene tpales huiꝰ mūdi timentꝰ q̄stū timēda est pena purgatorij. z tāto amplꝰ pena iferni. Hoc bene attēdit q̄dā Mauriciꝰ impatoꝛ de q̄ refert Vincē. i spe. hyst. li. xxij. ca. xviij. q̄ cū esset vir timēs deū maluit in ℔ seculo facinoꝝ suoꝝ corpali supplicio vindictā psoluere q̄s tormētꝫ gehēalibꝫ cruciari. qꝺ cuz iugit in suis oꝛōibꝫ a ꝺño peteret: exaudiri meruit. Quadā igit nocte ꝺñs i stratu suo ꝺesceret vidit p somnū añ se stare imaginē saluatoꝛis eneā q̄ erat añ portā palacij ex q̄ vox emissa ē dicēs ad eū. Date mauricauz. z tenētes q̄dā iudiciarij mīstri exuerūt euz. Tūc ait ad euz imago saluatoꝛis. vbi vis reddā tibi mala q̄ meruisti hic aut i futuro Et ille. O amatoꝛ hoīm ꝺñe hic potiꝰ q̄s i futuro. Tūc iussit diuīa vox eū tradi z cōstantiā vxoꝛē eiꝰ z oēm eiꝰ cognatōez foce militi. Exꝑgefactꝰ fecit vocari philippuz genez suū. Cui assistēti dixit mauriciꝰ. scis int agmina nr̄a aliquē mīlitē noīe Focā. q̄ rñdit. scio vnū. Et impatoꝛ. cuiꝰ est q̄litatꝫ. q̄ ait. iuuenis tumidꝰ z temerariꝰ. Tūc impatoꝛ referēs sōniū philippo glificauit ꝺominū magnifice p hmōi reuelatōe. Postea impatoꝛ in hostili tra positꝰ cū milites suos ferro a rapinis abstinere cōpelleret nec eis stipēdia cōsueta largiret. focā rogare ceperūt vt imperij regnū sup eos recipet. q̄bus focas obediēs regalē purpurā sūpsit. Qꝺ audiēs mauriciꝰ aīo dissolutꝰ rebꝫ ad uersum se fluētibꝫ cessit. et in q̄ndā siluam mari ꝓtiguā fugit. in q̄ cū vxoꝛe z q̄nq̄ filijs iussu foce cesaris interemptꝰ ē. Certe ille impatoꝛ deuotꝰ fuit et magne fidei. q̄ sic penis credidit inferni z purgatorij q̄ maluit hic puniri q̄s i futuro // Cui oppositus multi icreduli sentiūt dicētes. si sacerdotes nō de iferno z pastoꝛ de lupo assererēt nihil dareť eis. Hic q̄dā rusticꝰ audiēs predicantē de inferno z eiꝰ penis dixit p̄dicāti Maledictꝰ sit q̄ tibi credit qz nūq̄z ibi fuisti. Cui p̄dicatoꝛ. si aliq̄s inde veniret z tibi de penis inferni diceret nō crederes ei: nec cessares a malo. qz sicut ille exiuisset: ita z tu crederes posse inde egredi. ſz crede mihi infernꝰ ita pfundꝰ ē q̄ nullꝰ p̄t ide ascendere. ita clausus q̄ nullꝰ potest inde exire. ita custoditꝰ q̄ nullꝰ p̄ōt inde euadere. vñ Job. vij. ꝺz. Sicut cōsumit nubes et ptrā sit sic q̄ ꝺescendit ad inferos nō ascendet. nec reuertet vltra in domū suā. neq̄ cognoscet eū amplꝰ locꝰ eiꝰ. z tñ introitꝰ ad ifernū est valde facil: exitus aūt impossibilť. qz vnico passu intramꝰ: p infinitos aūt exire nō valemꝰ. nā vno solo passu q̄ aīa exit a corpe pctōr subito ad infernū ꝺescēdet. vñ Job. xxj. Ducūt in bonis ꝺies suos z i pūcto ad inferna ꝺescēdent. K Sed ꝺicerez q̄ꝺ fuit petīm mauricij impatoriś p q̄ hic punitꝰ fuit. Rñdeť q̄ ideo qz pſecutus fuit btm̄ Grego. papā et ecclīaz ꝺei. Legit enī q̄ q̄dā vice q̄dā in monachali habitu apparuit tenens gladiū i ꝺextra manu quē vibrauit. z morte mauricio minabať. z tūc a pſecutōe Gregorij cessauit. et ip̄m rogari fecit vt. p eo ꝺeū oraret. Tandē post intuallū tp̄is p̄dicta visio de imagine saluatoꝛis z foca mīlite sibi oñsa fuit. Ex hoc ptz secū dū membꝛa supra motū q̄ p tribulatōnes hoī gr̄a ꝺei tribuiť. Pēs aūt passiōes huiꝰ mūdi nō sunt ꝓdigne ad gr̄am ꝺei et diuinam cōsolatōem. Vñ mlti martyres parū senserūt penas in martyrio ꝓpter diuinam consolationē. vt laurentiꝰ tiburciꝰ z ceteri. Ex illo seq̄tur tercū qꝺ est maximū. q̄ vicꝫ p tribulationes gloria ꝺei acq̄riť ꝺum vera patientia sufferuntur. nihil aūt p̄ōt excogitari in penis et passionibꝫ qꝺ sit ꝓdignū future gl̄ie. vt ꝺicit apl's ad Ro. ix.. Unde Grego. Cōsideratio p̄mij minuit vim flagelli. Ex oīb illis patet q̄ oñes illi q̄ sunt in magna tribulatōe temptatōe vel aduersitate sine peccato mortali isti sunt adhuc i valde bono statu. p acq̄renda vita eterna. Suo modo oñes peccatoꝛes qui hic pro peccatis aduersa patiunť et se cognoscunt ꝺigne hec pati: et cōmittunt ꝺiuine voluntati cum detestatōne peccatorū simulit sunt in bono statu gratiā obtinendi z tandē vitam eternā. Cuius exemplū habemus Daniel. iiij. ꝺ rege nabuchodonosoꝛ q̄ ad tantam superbiam venit q̄ volebat se pro deo coli. Unde super eum venit vox de celo. Tibi ꝺicť nabuchodonosoꝛ rex: regnum tuū trāsiet a te. et ab hoīb te ejiciēt. z foris erit habitatio tua. fenū q̄si bos ꝓmedes do

nec scies qz dñetur excelsus i regno hoim. z cui voluerit det illud. Vñ z eadē hora a suis subditis ejectus est a regno. z septem annis habitauit i siluis cū bestijs. z fenum vt bos comedit zc. Et sequit ibidē. Post finē dierū ego nabuchodonosor oculos meos ad celū leuaui. z sensus me⁹ reddit⁹ est mihi et altissimo bñdixi z viuentē in sempiternū laudaui z glificaui. quia ptās eius potestas sempiterna. Et sic postea reassumptus ē ad honorē z decorē regni sui. volūt ñ aliq illos septē annos, ozōne danielis mutatos in septē mēses. Sed Nico. ō ly. dic illd falsum esse. sicut nec h cōtinet text⁹ danielis vbi sup. Sile habet Luce. xv. de filio pdigo vt ptz ibidē. q postq oia sua dissipauit se būliauit. ad prēm redijt z gram inuenit. Implorem⁹ g dei graz z auxilium in oi aduersitate vt gram z ꝓsolatōez spūs scī nobis tribuat. p quā post hui⁹ mundi aduersitates z tribulatōes ꝓsequmur glaz eternā Amen.

In festo Penthecostes Ser. xlvij.

Si quis diligit me sermonē meū kuabit. z pr̄ me⁹ diliget eū. et ad eū veniem⁹ z mānsionē apd eū faciem⁹. Job. xxij. Audistis in pria dñica qd factur⁹ sit spūsctūs cū venerit. vidz qz phibebit testimoniū de christo zc. Hodie ꝛo audim⁹ venisse spūsanctū z exeuāgelio instruimur cū qbz habitare velit vidz cū illis q deū diligūt. et kmonē ei⁹ seruant. Et qz spūsctūs est amor pris z filij. ideo eccl̄ia ordinauit hodie euāgeliū legi de dilectōe dei. Est aūt hodierna festiuitas spiritussctī cū singulari deuotōne celebrāda. Vñ dicit Bern̄. in qdam kmōe hodierne festiuitat̄. Si celebram⁹ sctōz solēnia qnto magis ei⁹ a q habuerūt vt essent scti qt quot fuere sancti. si veneramur sctificatos quto magis ipm sctificatorē cōuenit honorari. Ideo si deuote celebram⁹ hāc festiuitatem et cū vera deuotōe z peccatoz detestatiōe postulem⁹ gram spūsctī eleuando cor nostr̄ ad deū diligendū. tūc pater celestis nos diligit z cuz filio suo vnigenito et spūsancto ad nos veniet z mansionem no biscū faciet. iuxta ꝛba thematis. Si qs diligit me zc. Pro gra canite. Veni sctē spūs. Si qs diligit me zc. vbi sup. Prio dicatur euāgeliū. Scdo dubitatōes. p ei⁹ itellectu Tercio spāl̄ de hodierna festiuitate.

Textus euangelij.

In i.t.d.i.d.s. Si qs diligit me kmonē meum kuabit: z pater me⁹ diliget eū z ad euz veniem⁹ z mānsionē apd eū faciem⁹. q ñ diligit me sermōes meos nō kuat. z kmonez quē audistis non est me⁹ sed ei⁹ q misit me patris. Hec locut⁹ sū vobis apd vos manens. paclitus aūt spūs quem mittet pr̄ in noīe meo ille vos docebit oia. et suggeret vobis oia q cūqz dixero vobis. Pacē relin quo vob: pacē meā do vob. nō quō mūd⁹ dat ego do vobis. Nō turbet cor vestr̄ neqz formidet. audistis qz ego dixi vobis. vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz qz vado ad patrē. qz pr̄ maior me est. z nūc dixi vob priusqz fiat vt cū factū fuerit credatis. Jā nō multa loqr vobiscum venit enī pnceps mūdi hui⁹ z in me ñ habet q cqz. sz vt cognoscat mūd⁹ qz diligo pr̄em. z sicut mādatū dedit mihi pr̄ sic facio Johānis. xiij. Ad ꝓpositum euāgeliū dixit ihesus discipulis suis i illo lōgo kmōe quē fecit eis post vltimā cenā de q sepi⁹ dixi. z hz in se duas ptes. Scda ibi. Hec locut⁹ sum vob zc. In pma pte oñdit q sūt digni recipe spūmsctm. vidz q kuāt dei mādata z se exercēt i ei⁹ dilectōne. in scda pte dñs ꝓsolat discipulos suos p h q eis insinuat quō spūs sctūs illustrabit corda eoz z pacificabit z fortificabit ea vt fortes sint i aduersitatibz futur̄ zc. Dubitat g an alijs act⁹ hois possit ee bon⁹ z meritor⁹ sine dilectione dei. Ad h dicūt doc. circa dist. j. pmi sēten. q null⁹ act⁹ nr̄ pōt ee bon⁹ z vite eterne meritor⁹ nec deo accept⁹ nisi procedat ex caritate elicit⁹ aut ipat⁹. p quā caritatē de⁹ diligit sup oia z prim⁹ ppt deū. Hoc sentiēs saluator principal̄ h nos inuitat ad dilectōz dei. q.d. sine dilectōe dei mihi nihil placet oia opa vra. sz qz null⁹ hz i se dilectiōez dei nisi impleat dei pcepta. iō i pncipio euāgelij dic. Si qs diligit me ser. z loqt ō kmōibz mādatoz ei⁹. q g i corde suo mādata dei imagit meditat ne aliqd trāsgrediat. z i ore p ea. p primos qstū ad cū ptinet sollicite āmonet z i ope implet ille ē q deū diligit. De hac dei dilectōe in nob firmāda et plātāda ait Amb. sup ps. Beati imaculati i via zc. Ille vere deum diligit qui sine tristicia: sine timore

volūtario poti⁹ studio q̄z coacte dei p̄cepta ꝓfuat, z est ille q̄ ex affectu ad deū ab oī peccato mortali se custodit, interim enim q̄ hō hoc facit tūc ꝑfe deū diligit, et ecōuerso de⁹ diliget eū. Ad hāc aūt dilectōem dei in hoīe excitandā nihil tm̄ valet q̄z recolligere bñficia dei hoī impēsa, q̄ vtiq̄z sūt tanta q̄ ea enumerare in p̄ticulari ñ possum⁹ Mā dū dormim⁹: dū vigilam⁹: dū ambulam⁹, comedim⁹ aut bibim⁹: loq̄mur: aut tacemus sp dei bñficia p̄cipim⁹: q̄bꝫ sustētamur mouemur et dirigimur, et ꝓ his oībus nil aliud a nobis petit q̄z vt eū diligamus, iō de dilectōe dei vt ait Gre. mēs lingua z vita sunt reḡrēda, z potissime q̄ exhibitio opis signū ē dilectōis, z subdit hic in epla btūs Johes dicēs. Qui dicit se deum diligere et mādata ei⁹ nō custodit mendax est, z iterꝫ dicit. Si q̄s dicit, quoniā diligo deū z frēm suū odit mēdax est, q̄ enī ñ diligit fratrē suū quē videt: deum quē non videt quō diligere pōt, j. Joh. iiij. Ex isto pz vt dicit Gre, q̄ saluator noster q̄ est veritas in exordio hui⁹ euāgelij certissimum signū et infallibile argumētū posuit, ꝓ quod vnusq̄sq̄z expiri poterit vtꝝ vere deū diligat vel nō, cū dicit. Si q̄s diligit me ꝑmonem meū ꝑuabit ad sensū dictū. caritas ei⁹ opa magna si est, si ꝓ opari renuit caritas nō est. Unde Gerñ. in expositōe ꝑmonis dñi post cenā dicit, Qui habz mandata dei in memoria z ꝑuat ea in vita, q̄ habz faciēdo et seruat pseuerādo, q̄ habet in sermonibꝫ et seruat i actōibꝫ, q̄ habet audiendo et seruat faciēdo ille est q̄ diligit me. Sz heu multi sunt q̄ habēt mādata dñi sed ea mīme seruāt, multū habēt in libro sed non tenēt in aio, multi in voce sed nō i ope, multi in memoria sed nō in vita, multi in ꝙbo sed nō i exemplo, illi nō sunt de dilectoribꝫ christi sed sūt de illis de q̄bꝫ dicit dñs Lu. xij. Serꝫ scies volūtatē dñi sui et nō faciens vapulabit plagis multis. Ex q̄bus ptz q̄ ꝑuare dei mādata corde ore z ope est signū dilectiōis dei. Uñ q̄dam phūs ab alio ꝙsultus quō posset deo placere z hoīb⁹ respōdit, multa opare et pauca loq̄re, z alter phūs dixit, locutū me fuisse penituit aliq̄n: tacuisse nunq̄z. Hinc est q̄ btūs Agathon vt taciturnitatē diſceret lapidē ꝓ triēniū in ore portauit. ¶ Sed diceret q̄s, quis est effectus siue fructus dilectōnis dei siue christi dñi. Rñdet q̄ q̄tuor boni effect⁹ se quunt dilectōem dei. Prim⁹ tangit cū dicit, z pater me⁹ diliget eum. Ecce q̄ diligit christū et ei⁹ mādata seruat illū diligit de⁹ pater, quē aūt diligit de⁹ pater hūc z filiꝰ diligit z spūssctūs, quia sicut ille tres ꝑsōe sunt vna essentia z vna deitas: ita etiā sunt vna dilectio, ꝓterea q̄ deū diligit illū rediligit tota trinitas, ꝑm illud Prouerbi, viij. Ego diligētes me diligo. Ecce q̄nt⁹ effect⁹ dilectiōis dei, quē aūt tota trinitas diligit q̄d illi boni ēsse poterit, certe nihil: sed q̄c quid ab ea rite petierit ꝑpetrabit, imo nihil sibi denegabit nisi q̄ sibi nociuū est, recte sicut pater diligēs filiū nō negat sibi quod vtile est z honestū, sed si petierit puer pannulus cultellū denegat q⁹ se offēderet. Quid ḡ meli⁹: q̄d felicius aut optabili⁹ esse pōt q̄z a deo diligi q̄ est dñs celi z terre, qui est dñs vite z mortis, qui pōt dānare et saluare, dānare q̄s odit z saluare q̄s diligit. Secund⁹ effectus siue fruct⁹ dilectōis dei est diuina visitatio, quā dñs tangit dicens. et ad eū veniem⁹. Non solū aūt pater z filius veniunt ad animā deū diligētem: sed z tota trinitas et quelibet diuinaꝝ personarū. De patre et filio dicit hic, sed de spiritusancto dicit statim ante p̄sens euangeliū. Johannis, xiiij. Ego rogabo patrē et aliū paraclitum dabit vobis, vt vobiscū maneat ineternū. scilicz hic per quandā spiritualez vnionē sanctificatiuā ꝓ quam accedit animam ad dilectionem dei z ꝑtimi, et postea eternaliter ꝓ beatificā fruitōnem. Tert⁹ effectus dei dilectōis est mansio ipi⁹ apud animā hominis, z hoc tam diu q̄z diu homo manet sine peccato mortali. Ex q̄ patz q̄ de⁹ ad aliquos nec venit, nec apud eos mansionē facit, vt sunt peccatores in peccato mortali existētes. Illi aūt ad q̄s vēit sunt in triplici differētia. Primi sunt ad q̄rum animas venit cōtumelioſe recedēdo, qui videlicz per cōpunctionē et penitentiā deum inuitāt, et per recidiuā statim eū contumelioſe expellūt. Secūdi ad quoꝝ animas venit ꝑmanendo gratioſe, qui videlicet deum in sacramento baptismi aut penitentie inuitant et suscipiunt, nec deinde per peccatum mortale expellunt. O de⁹ q̄s pauci sunt illi respectu aliorū. Tercij sunt

ad quoꝝ aīas venit cū eis delicioſe ꝓuiuā
do p ꝓtēplatiōez ⁊ ſuauitat̄ dulcedinez in
deuotōe cū q̄dā gaudio ſpūali, illi ſūt opti
mi, q̄ hic p̄gustare incipiūt q̄ꝫ bon⁹ ⁊ ſua
uis ſit dn̄s ⁊c. D Ex illis ptz q̄ꝫta ſit di
gnitas hūanaꝝ aīaꝝ, ad q̄s ſic tota trinitas
dignat̄ venire: ⁊ apud eas mānſionē facere.
q̄nta etiā ſit diuīa largitas ad ꝺuotas ani
mas q̄ⓑz ſic illabit̄ ⁊ vnit̄ vt eas ſctificet ⁊
reficiat: ꝓſolet et dirigat, ⁊ tñ pctōres nihil
vili⁹ reputāt q̄ꝫ aīas ſuas. Mollet enī pec
cator hr̄e calceū malū, ⁊ tñ vult hr̄e aīam
malā, ecce vilioꝛē facit aīam ſuā calcio ſuo
Mollet etiā hr̄e brutū malū. imo nihil ma
li niſi aīam ſuā ⁊c. Quart⁹ effect⁹ dilectōis
dei ē clara dei viſio. De ℟ loq̄t ſaluator añ
p̄ſens euāgeliū dicēs. Qui aūt me diligit di
liget a p̄re meo ⁊ diligā eū: ⁊ manifeſtabo
el meip̄m, ſ. i futurā vita. Quid aūt melius
dn̄s p̄ōt dare ſuis dilectoꝛib⁹ q̄ꝫ ſeip̄m eis
manifeſtare ſicuti eſt, i q̄ oīs lētia: oē gau
diū ⁊ oē qđ ſatiare p̄ōt appetitū rōnalē cuz
ſūma dulcedie ⁊ q̄ete. Ex his ptz q̄ ſīc di
lectio dei eſt cā obſeruatōis mādatoꝝ dei ſic
carētia dilectōis dei eſt cā nō obſeruatōnis
p̄ceptoꝝ dei. ⁊ ſi dilectoꝛib⁹ p p̄mio erit cla
ra dei viſio: q̄d putat̄ p̄miū illoꝝ erit q̄ ca
rent dei dilectōe. certe coꝝ p̄miū erit aſpe
ct⁹ boꝛribiliū demonū, flet⁹ ⁊ ſtridoꝛ dētiū
moꝛs ⁊ infern⁹, ignis ⁊ ſulphur ⁊ ſpūs pro
cellaꝝ cū diabolo ⁊ angel̄ ei⁹ inet̄nū. Et ad
ꝺfirmādū ſmonē ſuū dicit chriſt⁹ Et ſmo
nē quē auditis non ē me⁹ ſz ei⁹ q̄ miſit me
p̄ris vt i euāgelio. q̄ſi di, q̄ hūc ſmonē non
ſeruat nō ſolū me ñ amat ſz nec p̄iez, quia
ſermo ille nō eſt me⁹ ſm q̄ hō ſū, ſz mag⁹ eſt
ei⁹ q̄ miſit me p̄ris, i, toti⁹ diuīitatis, lingua
enī x̄pi nō mouebat̄ ad loq̄ndū niſi ſm q̄
ipa mouebat̄ a deitate, cui⁹ ipa x̄pi fuit ſin
gulariſſimū inſtrumētū, ⁊ iō ⁊ⓑa x̄pi fuer̄t
magis p̄ris imo ⁊ filij ſm deitatē ſm quaz
vnū eſt cū p̄re et ſpūſctō q̄ꝫ x̄pi ſm hūani
tatē. E Ex tota illa ꝑma pte euāgelij
vnuſq̄ſq̄ꝫ ad ſeip̄m redeat ⁊ ꝓſideret an ⁊e
deū diligat, an nō. iterroget mētē ⁊ totā vi
tā ſuā vtq̄ mādata dei fuet ad ſenſū ſupdi
cū, ⁊ q̄d ꝓ his oīb⁹ ꝓſcia ſua rñdeat, q̄ ſi ñ
p̄ōt rñdere ꝓſcia ꝑ aīa q̄ deū diligat ꝓſide
ret q̄le p̄miū ſibi patū eſt in iferno, ⁊ reſipi
ſcat a pctis ⁊ ad deū ſe ꝓuertat p pn̄iam, ⁊
cū quē odiuit incipiat diligere ⁊c, ꝓſideret
q̄nto affectu x̄ps hec verba dixit. Si quis
diligit me ſermonē meū ſer. ⁊ c, vnde ſi ali
q̄s princeps vel rex terre diceret tibi hec ⁊
ba Si q̄s di, me ſer. meū ſer. ⁊c, ad illū ve
niā et manſionē apud eū faciā, o q̄ꝫ ſtatim
diceres. N̄ñe princeps ego diligo vos me
cū manete vt inde aliq̄ dona cōſequereris
Quid g̃ dices ad hec ⁊ⓑa que a ſūmo rege
ꝓpon̄it̄ q̄ petit a te diligi, tecuz habitare et
manere: multiplicia dona cōferre: imo of
fenſa qua eū leſiſti tibi cōdonare ⁊c. Qua
re ergo tantū principē nō diligis, q̄re eius
mādata nō cuſtodis, q̄ ideo tibi p̄cepit vt
tibi bñ ſit: vt te remuneret ⁊c. Vñ hre. in
ome. dicit. Si domū veſtrā quiſq̄ diuel ac
potens amic⁹ intraret oīni feſtinatiōe tota
dom⁹ mūdaret̄, ne q̄d fortaſſe eſſet q̄ ocu
los amici intrātis offenderet. Tergat g̃ q̄ſ
q̄ꝫ ſordes prauī opis: purget coꝝ ſuū vt ha
beat intrātē dn̄m deū ſuū. Itē Grego. vbi
ſupra. Quid veritas dicat, veniem⁹ ⁊ mā
ſionē apud eū faciem⁹ videte et attēdite, in
quoꝝūdam enī coꝝda venit et mānſionē non
facit, q̄ ꝑ cōpunctōem q̄dam recipiūt et i
temptatōe obliuiſcunt̄ q̄ fuerūt cōpūcti, ⁊
ſic ad peccata redeūt ac ſi mīme ea plāxiſ
ſent. Hec Gregoꝛ⁹ ſententialit̄. E

Circa ſecundā partē euāgelij dubitat̄ q̄d
ꝑ hoc intelligere debem⁹ q̄ dn̄s dixit diſci
pulis ſuis. Hec locutus ſum vobis apud
vos manēs ⁊c. Reſpondet̄ q̄ dn̄s in ſecū
da parte euāgelij triplicem conſolatōnem
eis p̄edixit. Primā ex illuminatōne quā
erāt accepturi a ſpūſancto. Secūdā ex pa
cis collatōne. Terciā ex ip̄i⁹ ad eos reuer
ſione. De primo dicit. Paraclit⁹ autē ſpiri
tuſſanctus quē mittet pater in nomīe meo
docebit vos oīa, id ē faciet vos intellige
re oīa que dico vobis imo ſuggeret vo
bis, id ē ad memoriā reducet oīa quecū
q̄ꝫ dixero vobis. De ſecūda cōſolatōne di
cit. Pacē relinquo vobis, nā dn̄s hoc di
xit diſcipulis poſt cenā cum ſtatim voluit
ire ad paſſionem. Et ideo ſm Bernardu⁹
quaſi vltimo valefaciens illis forte ruit in
oſcula coꝝū dicens. Pacē relinquo vobis
pacem meā do vobis. Tercio conſolatur
dn̄s diſcipulos ſuos ex ei⁹ reuerſiōe dicēs
N̄ō turbet̄ coꝝ veſtꝝ neq̄ formidet auditz
q̄ dixi vobis, vado et venio ad vos, q. d,
non ſic recedo a vobis q̄n adhuc veniam

dicit Boeti⁹ de pso. pbie sñialit. q̄ nō sufficit intueri qđ ante oculos nr̄os situ est. sz rerū exit⁹ prudentia initit. ideo q̄libet homo tens rōne in oib⁹ dz finem psiderare. Un̄ poeta. Quid agis prudent agas respice finē. hō ei⁹ q̄ solū psiderat pñtia z nō futura bestijs cōparat. Sm illud ps. Homo cū in honore eēt nō intellexit. s. sm rōnē psiderare finē. z tunc iō cōparat⁹ est iumentis insipiētibus: z silis fact⁹ est illis. qui g̃ vere vult esse hō et cauere a peccatis dz cōsiderare nouissima sua. Eccl. vij. Memorare nouissima tua z nō peccabis in eternū. hoc si diues ille fecisset nunq̄ dānat⁹ fuisset. Ex his ptz q̄ fatua est locutio multorū dicentiū de psperitate multorum pcētor̄. O q̄ felix hō hic est. satis hz honores. diuitias. san⁹ est. pueros et amicos rc̄. habet. qz tales attendūt solum hoc qđ ante oculos eor̄ est. z nō psiderāt finē taliū. de q̄bus dicit pp̄ha in ps. cxliij. Promptuaria eorum plena: eructantia ex h̄ in illud. Oues eorū fetose abundātes in gressibus suis boues eor̄ crasse. Nō est ruina macerie neq̄ transit⁹ neq̄ clamor in plateis eor̄. Beatū dixerūt pplm cui hec sunt. z psecutus est. beat⁹ populus cui⁹ dñs de⁹ ei⁹. q̄si di. nō sūt tales beati apud deū. sed infelices. sed illi sūt beati q̄ dñm deū colūt: z eius pcepta custodiunt. Licz primi dicunt beati in secl'o: tñ vere sunt miseri. de q̄bus in ps. cxlviij. Quia aīa ei⁹ in vita ipi⁹ bñdicet. introibit vsq̄ in pgenies patrū suor̄: z vsq̄ in eternū nō videbit lumen. De h̄ habem⁹ exemplū de q̄dā heremita: cui⁹ seruitor iuit ad ciuitatē z vidit mirabiles exeq̄as fieri vni peccatori mortuo. z rediēs in cellā inuenit heremitā ab vso comestū. z tūc cū miraret de h̄. dixit ei angel⁹ q̄ totū meritū isti⁹ pcētis erat ei tributū in honorabili sepultura. et pcm̄ heremite erat punitū in dolorosa ipi⁹ morte. Sile dicit Grego. de isto pp̄ha. quē leo occidit in via: nec ex eo comedit. iij. Reguz xiij. dicit enī q̄ pcm̄ ei⁹ in ipa morte punitū est. Un̄ sic habet ibidē. pp̄ha q̄dā venit de iuda quē dñs phibuit ne comederet et biberet: neq̄ p viā reuerteret q̄ iret. sed qđ sibi p̄ceptū erat faceret. cui ali⁹ pp̄ha dixit. veni mecū i domū vt comedas panē. q̄ ait. nō possum venire tecū neq̄ reuerti. nec comedā panē: neq̄ bibā aquā in loco isto. qz locut⁹ est dñs ad me. nō comedas panē vt supra. cui ait. z ego pp̄ha sum sil̄is tui. z angelus locut⁹ est mihi in sm̄one dñi: dicēs. Reduc eū tecū in domū tuam vt comedat panē z bibat aquā. et sic fefellit ipm̄ z reduxit eū secum. comedit g̃ panē z bibit aquā. cunq̄ sederēt ad mēsam fact⁹ est sm̄o dñi ad pp̄ham q̄ reduxerat eū z clamauit ad virū dei q̄ venerat de iuda: dicēs. Hec dicit dñs. qz nō obediēs fuisti ori dñi z non custodisti mandatū qđ p̄cepit tibi dñs deus tuus. z reuersus es z comedisti panē rc̄. nō inferet cadauer tuū in sepulchrū patr̄ tuorū. cunq̄ comedisset strauit asinū suum et abijt: z leo in via occidit eum rc̄. vt ptz. iij. Reg. xiij. ¶ Sed adhuc diceret q̄s. quō dz hoc itelligi in euāgelio. chaos magnū firmatū est int̄ nos vt hi q̄ volūt venire ad vos nō pñt rc̄. habēt ne electi voluntatē cōpatiēdi dānatis rc̄. Pro illo ē notandū q̄ duplex est volūtas. s. natural⁹ z rōnis Scōm volūtatē nature boni et electi cōpatiunt dānatis. maxīe suis amicis. sed sm̄ voluntatē rōnis sm̄ quā se psormāt in oibus diuīe volūtati nō cōpatiunt. sz pgaudent de pena eor̄ sic de iusticia dei. sm̄ illud ps. Letabit⁹ iust⁹ cū viderit vindictā. z h̄ est qđ dī q̄ hi q̄ volunt hinc venire ad vos: volūtate nature cōpatiēdo vobis. nō pñt volūtate rōnis quā diuīe volūtati cōformāt. Sili⁹ in dānatis est duplex volūtas scz volūtas nature q̄ dolēt de pctis. in q̄ remanet vermis psciē. sm̄ illud Esa. vl. Uermis eor̄ nō morietur rc̄. Alia est volūtas obstinata in malo q̄ nō penitēt neq̄ dolēt de pctis. z h̄ est qđ dz. neq̄ q̄ volūt inde huc trāsmeare. s. voluntate nature. pñt voluntate obstinata in malo. qz illuc nō vadūt nisi vere penitētes. Sed nunq̄d dānati vellēt aliquez saluari. Rñdet q̄ nō. sed iste diues petebat frēs saluari et pniam agere ne sibi pena accresceret. qz in factis suis dederat eis malū exemplū. cui⁹ pcm̄ frēs sunt imitati. et iō si dānarent⁹ pena accresceret sibi. Ex q̄ ptz si vna tota parētela dānat⁹ maior pena est talib⁹ de parētela ista q̄ntū ad remorsum psciē q̄s si ali⁹ saluarent⁹. Itez voluntate nature ille volebat frēs saluari. qa ex q̄ ali⁹ saluari debebāt poti⁹ volebat de frib⁹ q̄s de alijs. z iō pter has rōnes petebat lazar̄ ad frēs mitti. sz in nullo ē exaudi-

psal. 143.

psal. 48.

Exēplū

3. Reg. 13.

Chaos magnū

Quesito

Sermo LI.

tus.qz q̄ nec deū p scripturā loq̄ntē nec p ximū dep̄cātē exaudit. iustuz est vt ipe clamans nō exaudiet. Sm illud Prouer. xxviij. Qui declinat aures suas ne audiat legez. oro ei⁹ erit execrabilis. Et ibidez. xxj. Qui obturat aurē suā ad clamorē paupex: clamabit z ipe z nō exaudiet. Ecce q̄nta mala hñt expectare diuites. auari. superbi: et in voluptatibz viuētes. Q De hoc audite exemplū. Refert Petr⁹ cluniacēs quō monachus q̄daz cū in extremis vite sue esset. aīa sua ducta sit ante infernalem portā. q̄ cū ibi tot diuersitates penaz. ospiceret vltra q̄s dici p̄t tremere z horrescere cepit qō ne faceret angel⁹ phibuit. ibi vero alīq̄s dū morante eo vidit demones q̄sdā p̄currentes z nimiū cachinātes de pditiōe aīe cuiusdā diuitis: quā socij sui secū in baratrū dānatiōis attraxerūt. venientes aūt ad p̄n cipem demonioz. dixerūt se aīaz amici sui cū gaudio magno attrahere. q̄bus cōgaudens (si gaudiū infelicitatis dici potest) ait Accipite z pompose sicut solit⁹ erat in cathedra sedere facite: induētes eū sicut solitus erat veste honorifica. z sedere euz fecerunt sup sedē ita inextinguibiliter ardentē q̄ si totū mare supfunderet nullatenus extingueret. palliū vero q̄ eū circūdederunt nō minoris flagrātie erat. illo in sede miserabiliter collocato z infelicib⁹ vestito p̄nceps ad suos seruientes: ait. Ite z sic decēs est tali amico nro poculū nre delectatiōis p̄parate. tunc tanq̄s ereū li quorē ardentem oīi genere fetoris mixtū ori eius apposuerūt. z apposit⁹ p oīa mēbra eius in flāmas diffusus effundebat. q̄ potato ioculatores demones q̄ ei iocularent admisit. q̄ accipiente duo cornua ignib⁹ plena auribz eius apposuerūt z cornicularī incipientes scintillas p oculos ei⁹ z p nares z p oīa foramia eius emittebāt. deinde in camerā misit vbi p̄tra delectatōes carnales q̄s solebat cum puellis dū adhuc viueret exercere. infernales amaritudies erāt parate: z oīm serpentiū gñib⁹ ibi loc⁹ erat replet⁹ z adeo nimio caloze incēsus q̄ candenti ferri satis cuinceret ardorē. a q̄bus excepto⁹ q̄s horribiliter amplexat⁹ q̄q̄s decorose osculatus q̄q̄s miserabilit sit p̄trectat⁹ z p oīa mēbra discerptus a nob pius pater remoueat q̄ nunq̄s expiamur. z ō quecq̄s oblectamēta carnalia q̄ prius habuerat viuēs singla tormenta infernalia inferebāt. Hoc viso aīa monachi ad corpus redijt: z q̄cq̄d viderat ad vtilitatē audientiū plimis enarrauit. Hec p̄siderem⁹ z in cordib⁹ nris imp̄mam⁹ vt infernales penas oīm damnatoz euadere possimus. Amen.

¶ Dñica scda post octauā penthecosten.

Sermo LII.

Homo quidam fecit cenā magnā: z vocauit multos. Lu. xiij. In p̄cedenti dñica audist⁹ vnū valde terribile merito oīb⁹ diuitib⁹ z auar⁹ timorē z horrorē incutiēs. videlicet dānationē diuit⁹. q̄ licet nō legatur male acq̄sisse bona sua. tñ dānat⁹ est. q̄a nō impēdit paupib⁹ elemosynas. z ī voluptate corpis sui vixit. z certa q̄ ibi dicta sūt. Sed ne hō ex h̄ desperaret cogitādo q⁹ deus ex rigore iustitie velit oīs dānare. eo q⁹ oēs ad pctā proni sum⁹. Hodie nob in euāgelio xp̄s dñs oñdit quō de⁹ inuite nos dānat: z valde desiderat salutē nr̄am. q⁹ vocat nos oēs ad cenā eterne felicitat⁹. sicq̄s nullū vult dānare nisi eū q̄ sponte z libere sibi p̄ parat laqueū eterne dānatiōis. illū vicz q̄ ad hanc cenā vocat⁹ nō vult venire p obseruantiā p̄ceptoz dei. z q⁹ null⁹ dign⁹ est interesse huic cene dignissime nisi habeat dilectōez dei z p̄rimi. Jō ī hodierna epla q̄ habet. j. Joh. iij. Johes euangelista z apl's nos hortat ad dilectiōez dei z p̄rimi vt vicz p̄rim diligam⁹ p̄pter deuz. q⁹ ois q̄ odit p̄rim suū homicida est. et nō p̄t intrare cenā illā eterne btitudis nisi per p̄niam cē. p̄terea dicit q⁹ debem⁹ inuicem diligere nō solū ꝓbo siue lingua sz ope z veritate. qō si fecerim⁹ hāc cenā intrabim⁹: z in ea cū oīb⁹ sctis gaudētes satiabimur. iō dicit. Homō q̄dā fecit cenā magnam cē. Prohgra Aue maria. ¶ Prio dicat euāgeliū textualit. Secdo ei⁹ intellect⁹ cū certz dubitatiōib⁹. Tertio ad informatōez nr̄am certe q̄stiōes sive dubitatōes. ¶ Text⁹ euāgelij In illo t. d. i. d. s. Homō q̄dā fecit cenā magnaz z vocauit mlt⁹os. z misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirent. q⁹ iā parata sūt oīa. Et ceperūt oēs se sil' excusare. Primus dixit. villaz emi z necesse habeo exire z videre illā. rogo te habe me excusatuz. et

alter dixit. Juga boū emi ąnqꝫ ꝛ eo ꝓbare illa, rogo te habe me excusatū. et alī dixit. Uxorem duxi ꝛ ideo nō possum venire. et reuersus seruꝰ nūciauit hec dño suo. tunc iratꝰ pfamilias dixit seruo suo Exi cito in plateas ꝛ vicos ciuitatꝭ ꝛ paupes ac debiles ꝛ cecos et claudos introduc huc. et ait seruꝰ. Dñe factū est vt impasti. ꝛ adhuc locus est. ꝛ ait dñs seruo. Exi ī vias ꝛ sepes ꝛ cōpelle intrare vt impleatur domꝰ mea. Dico aūt vob q nemo virorꝫ illorꝫ ą vocati sunt gustabit cenā meā. Lu. xiiij. ¶

Historia huiꝰ euāgelij facta est āno xpi xxxij. v. kal. octobris vicz tertia die ante festū michaelꝭ ꝛ pdicatōis anno. ij. Ūñ ante initiuz hꝰ euāgelij dicit Lucas in eodē ca. q xps dixit ad q̄ndā. ą tā eū ad alios inuitauerat. Cū facis cenā aut prandium noli vocare amicos tuos neqꝫ cognatos neqꝫ vicinos diuites. ne forte ꝛ ipi te reinuitent ꝛ fiet tibi retributio. q. d. noli attendere carnalē affectionē. sed voca paupes debiles ꝛ claudos ꝛ beatꝰ eris. vbi dicit glo. sñialiter nō q sit pctū semp amicos ꝛc. inuitare. sz q nō sic valet ad p̄mia eterna ꝫ seq̄nda. sic vocando paupes ꝛc. ꝛ subdit glo. sup hoc verbo. ne forte ꝛ ipi te reinuitēt. q. d. Si intendis inuitare vt inuiteꝫ. ibi potes falli. sz si distribueris paupib de mercede nō falleris. qz ą paupes vocat in futuro p̄miū recipiet. ą amicos ꝛ frēs vocat: recepit mercedē suā. Audiꝫ ḡ verbis xpi ądā de simul discūbentib dixit. Beatus ą māducabit panē in regno dei. ꝛ tunc iesus incepit dicere euāgeliū hodiernū. ¶ Quantū ad scām partē sermōis est breuit notandū q hoc euāgeliū hz ꝓncipaliter duas partes. scām ibi. Et reuersus seruus nūciauit hec dño suo. In ꝑma parte dñs ꝛ saluatorꝫ nr dat nob intelligere q deus oēs hoies vult saluos fieri ȷ. ad Thimo. vj. qz oēs vocat ad cenā eterne felicitatis. sed multi se ꝓpria mala volūtate excusant et nolūt venire. sicut superbi ą p eū intelligunt ą villā emit. qz volūt dñari. Quari p eū ą ąnqꝫ iuga bouꝫ emit. qz ącąd p ąnqꝫ sensus exteriores sentiunt hoc hīe cupiūt. eo q auarꝰ nō implebitur pecunia. Eccs. v. ꝓpter qō dr Eccl. ꝛ. Auaro nihil est sceleratius Et luxuriosi ą p eū intelligunt ą inuitatꝰ dixit. vxorē duxi. ꝛ ideo nō possum venire. In scām ꝑte ostēdit quō nullus pōt pctā sua occultare: sed oīa deo inotescūt. ꝛ q̄ꝫ sic se excusant multi de nō veniēdo ad cenā eterne brītudis. tū adhuc aliq̄s ex illis cōpellit adveniēdū. et refutatis diuitib vocat paupes. illis videlicet diuitib refutatis qui diuitias plus amāt q̄ꝫ deū ꝛ nō vt deberēt distribuūt. ꝓpter qō dicit ꝓpha in ꝑs. lxj. Diuitie si affluant nolite coꝛ apponere. ac si diceret. nolite tenaciꝫ illas retinere: sed paupib distribuere. ¶ Diceret ḡ aliq̄s. quis est ille hō. ꝛ q est illa cena magna ad quā ōs nos oēs vocat ꝛc. Ad ꝑ dicendū est q hō ille ą nos vocat ad cenam fm glo. est dñs iesus xps deꝰ ꝛ hō. ille hō fuit liberalissimus vt ptz ex trib. qz magnā cenā ꝓparauit. multos vocauit. ꝛ p seruos suos vt venirent reqsiuit. īmo ad veniēdū ad cenā suaz cōpulsit. Ille ḡ hō fecit q̄ttuoꝛ magnas cenas. Primā in cenaculo in q̄ habuit xp̄m. cōuiuātes q̄rū vnꝰ. s. iudas eū tradidit ī mortē. Illis xp̄s dedit carnē suā in cibū: ꝛ sanguinē ī potū. vt ptz Lu. xxij. Hunqꝫ añ ꝑ deꝰ homini tantā libertatē exhibuit sicut tūc. cū se sibi in cibū obtulit ꝛc. Scām cenā fecit in cruce. in q̄ habuit duos cōuiuātes. s. duos latrones secū patiētes: inꝛ quos pendebat medi. In hac cena habuit fel ꝓ cibo. et acetū et vinū mirratū ꝓ potu. fm illud ps. Dederūt in escā meā fel. ꝛ in siti mea potauerūt me aceto. et Marci. xv. dr. Dabāt ei vinū mirratum bibere. ꝛ nō accepit supple cū gustasset. Tertiā cenā dñs facit in aīa cuiuslibet iusti. de q̄ dr Apoca. iij. Ego sto ad ostiū et pulso. si q̄s mihi aperuerit intrabo ad illū et cenabo cū eo. Tūc aūt aperit hō cū detestaꝫ pctā ꝓpter deū. nā hmōi cene refectio est pctoꝝ vera detestatio et diuinoꝝ bñficioꝝ meditatio. De hac cena dr ī ps. Cibabis nos pane lacrymarum ꝛc. Quartā cenā facit dñs ī celo. de q̄ specialr hic agit in euāgelio cū dr. Hō ądā fecit cenā magnā. Ista cena ē clara dei visio ꝛ beatifica fruitio. ꝑ primā cenā cū xpo manducant: ꝛ ipe cū eis. oēs ą digne eucharistie sacrm recipiūt sacramētaliꝫ aut spūaliꝫ puta deuote misse assistendo. Scām cenaz cū xpo māducant oēs ą amarissimā passionē xp̄i meditātes sibi in corde cōpatiunt. ꝛ de tot iniurijs. ꝓtumelijs. plagis. sputis ꝛ vulneribz ex toto corde gras agūt. ꝛ oēs

q̄ ꝓpter xp̄m ꝓsecutões, aduersitates, infirmitates, pauptatē: z q̄cūq; mala hmōi patient' sufferūt. Tertiā cenā cū xp̄o manducant oēs ꝓpenitētes dolentes ex corde se deū suis pctis offendisse cū ꝓpōsito ea amplio nunq; admittēdi z de eis satisfaciendi z ꝓfitēdi zc. oēs etiaz illi q̄ bñficia sibi a deo exhibita ī corde suo recolligunt: z sibi de hꝫ gr̄as agūt. Quartā cenā cū xp̄o manducabūt post hāc vitā in regno eterno oēs ꝓdicti si vsq; ad finē in bono ꝓseuerauerint.

D Ecce q̄libet illaꝝ cenaꝝ est magna valde. sz ista vltima est maxia ꝓpter apposition̄ maximoꝝ bonoꝝ, vidz eternoꝝ z ineffabiliū ferculoꝝ, de q̄bꝫ dicit Bern̄. Fercula celestꝫ cōuiuij tā magna sunt q̄ mēsura ri nō pñt. tā multa q̄ nūerari nō pñt. tā copiosa q̄ finiri nō pñt. tā ꝑciosa q̄ estimari nō pñt. Illa fercula sunt btōꝝ gaudia que sunt ifinita ex clara dei visiōe z gaudijs accidentalibꝫ. de hac maxima cena dicit dñs Lu. xp̄o. Ego dispono vob̄ sic disposuit mihi p̄r me⁹ regnū, vt edatꝫ z bibatꝫ sup mensam meā ī regno meo. nec illa refectio carnaliter intelligēda ē sicut credūt sarraceni z iudei moderni se ī vita eterna vti debere comestibilibꝫ carnalibꝫ, turpis enī eēt talis vita eterna, sed ista refectio spūal'r ē intelligēda. neq; enī cor⁹ tūc indigebit cibo q̄n sci neq; esuriēt neq; sitiēt amplio, sed illa refectio est clara dei visio plena ineffabili gaudio cum ꝓpetua securitate. ibi manendo z gaudendo, ibi erit etiam clara visio christi ſm būanitatē z marie ꝑginis, z clara z distincta visio oīm sctōꝝ z bonoꝝ q̄ ī eis sūt, z gaudiū sequens q̄ō q̄libet sctūs habebit de oīm sctōꝝ gl'ia, vñ ſm Ansel. in ꝓsologō Sic oēs scti ꝓfecte se inuicē diligūt vt non aliter gaudeat vnusq̄sq; ꝑ singul' alijs q̄ꝫ ꝑ seipō. z sic in illa ꝓfecta caritate innūerabiliū sctōꝝ angeloꝝ z hoīm erit tanta materia z occasio gaudij, vt ꝓter ꝓdictū gaudiū essentiale in dei visiōe tantū vnusq̄sq; gaudeat q̄ntū pōt mens sua capere de accidētalibus gaudijs ꝑ bonis singl'oꝝ sctōrū. tunc erit satietas ꝓfecta oīm beatoruz, ſm illud ꝓs. Satiabor cū apparuerit gl'a tua. Hec tracq; dicta de magnitudine illi⁹ cene atq; celestis cōuiuij vt ipm arti⁹ desiderem⁹ z maiori conatu ad ipm adipiscēdū tendam⁹: et cauti⁹ caueam⁹ singl'a q̄ nos ab hꝫ cōuiuio valent excludere. Quia vt dicit Aug⁹. sup Johem. Tanta est pulchritudo diuine iustitie, tanta est locūditas lucis eterne atq; in cōmutabil' ꝓbitatis sapie z bonitatis diuine vt si etiā nō liceret in illa gl'ia amplio manere q̄ꝫ ꝑ vn⁹ dieī mora ꝓpter hꝫ innūerabiles anni hꝫ vite pleni diuitiaꝝ z delicijs et circūfluentia oīm tpaliū recte meritoq; ꝓtemnerent. Panc cenā magnā fecit xp̄s cū patre z spūsctō vn⁹ de⁹, z bñ ſm Grego. hec celestis beatitudo dr̄ cena z nō prandiū, q̄z sic cena parat declinate die post quā nulla est refectio, sic vita eterna dat post die vite pñtis, vbi nihil aliud expectat, etiā sic post cenā est reqes sic beati tūc in ꝑpetuū reqescent a laboribꝫ suis. hec cena nō dat illis q̄ hic in voluptatibꝫ viuūt die ac nocte, q̄z post cenā iterꝫ replicāt z alia supaddūt. z q̄ tidie illis maior est sollicitudo de ciboz potu q̄ꝫ de his q̄ ad salutē ptinēt, sed magꝫ illis dat hec cena q̄ aliq̄n cibū sibi subtrahunt aut potū, ꝓpter deū. vl' iciunāt z corp⁹ interdū castigāt. O q̄ꝫ excellent' hāc cenā meruit' obtinere beat⁹ iohes euāgelista, cui⁹ hodie festū agim⁹, q̄ sine dubio corp⁹ suū castiganit z macerauit, de q̄ canit eccl'ia. Qui tenerꝫ sub annis ciuiū turmas fugiēs antra deserti petijt ne vitā suā saltē leui famie id est leui locutiōe siue pctō veniali macularet, nō q̄ nunq; peccasset venialit' sed rarissime. Habuit vestē de pilis camelo⁹, cibus ei⁹ erat mel siluestre z locuste, pot⁹ aq̄. Et q̄d dicā de ei⁹ sctitate cui testimoniū ꝑhibet xp̄s dñs in euāgelio Mat. xj. dicēs Int̄ natos mul'ieꝝ nō surrexit maior iohanne baptista. hic meruit vt xp̄m baptizaret, tūc celū aptū vidit. z p̄rem ī voce, filiū ī carne, z spm̄ sc̄m ī colūbe specie cognouit. iō eccl'ia singl'ariter venerat int' oēs sctōs iohem baptistā q̄ post xp̄i natiuitatē z natiuitatē marie mr̄is ei⁹ soli⁹ iohis celebram⁹ natiuitatē, q̄z in vtero mr̄is sue replet⁹ fuit spū sctō z ab originali purgat⁹, z ī vita et post mortē multꝫ miracul' claruit. F Dubitat ꝓsequnter ꝑ q̄s oīpotēs de⁹ vocat et vocauit oēs hoies ad cenā eterne felicitatꝫ, et q̄ est hora cene. Rñdet q̄ ad hāc cenā de⁹ p̄ ī̄mo sctā trinitas vocauit multos ī̄mo oēs hoies. Vocauit ei ꝑmo ꝑ angl'os, tandē ꝑ ꝓphetas z ꝓbas, nouissime vo ꝑ xp̄m z apl'os, z hodie xp̄s dñs multos ī̄mo oēs

vocat p euangeliū suū. p doctores ⁊ pastores suos. p predicatores p miracula. p prospera et aduersa. ecce hi oēs sunt fui xpi dicentes inuitatis vt veniāt hora cene. qa parata sunt. Hora autē cene fm Greg. est finis mūdi vel vltima etas in qua nos sumus. in hac hora omia parata sunt p xpm vicz pctōrū remissio. collatio gre. sacramētorū efficacia. donorū spūssancti infusio et celi apertio. ita vt amplī nihil restat nisi inuitatos festinare ad hanc cenā. in pribus aūt etatib hoies inuitabant: sed nullī ad cenā recipiebat. sed oēs ītūcūcz iusti cū moriebant ad limbū mittebant. qz tūc nō erant oia parata ad cenā req̄sita. nondū enī xps erat passus. p cui⁹ passiōem oia ip̄n cipaliter ipedimēta celestiū glie sunt amota ex qua oia sacramēta pfluxerūt. Ex q̄ patz q̄ si christi passio nob nō suffragaret. nullī hō ītūcūcz bon⁹ posset deo satisfacere etiā p mimo pctō mortali. sed xps p nobis satisfecit deo p̄i. nullī etiā ītūcūcz bon⁹ potuisset de lege dei ordinata mereri vitaz eternā sine passiōe xpi. Ex q̄ infert q̄ in oib opib bonis. imo in oib actib meritoriis vite eterne siue sint interiores siue exteriores cōcurrit xpi passio. imo oia xpi merita p q̄ nobis meruit vt nr̄a opa in caritate facta essēt vite eterne meritoria. Ecce quāta vtilitas passiōis xpi. sed q̄ pauci vt audistī oēs hoies sunt vocati ad cenā eterne bītudinis. tū multi se excusant ⁊ nolūt venire. puta oēs pctōres in mortalib existētes. Et si diceret q̄s. ex q̄ omēs pctōres nolūt venire se excusantes. quare tūc saluator in euangelio ponit tria genera pctōrū solū. vicz superbos. auaros ⁊ luxuriosos. Rñdet q̄ iō qz p illa tria genera pctōz cōprehēduntur oia pcta. fm illud. j. Johis. ij. Oīne qđ est in mūdo aut ē cupiscētia carnis aut oculoz aut sup̄bia vite B Dubitat q̄ sequēter ḡre luxuriosus dixit. nō possum venire ⁊ nō alij. cū tamē q̄libet pctōr possit penitere. Rñdet q̄ p B dat intelligi q̄ inter oia peccata pcta luxurie plus tenet hoiem ligatū. sic enī tenet aiam captiuam vt valde difficulter sinit hoiem penitere. vnde luxuria fabricat vnā cathenā p quā ligat hominē vt vix possit inde liberari. De hac cathena dicit Grego. in moral. Ex q̄ luxuria mētem alicui⁹ semel occupauerit: vix eū bona desideria cogitare pmittit. sunt enī viscosa carnis desideria. qz ex suggestione oritur cogitatio. ex cogitatiōe affectio. ex affectione delectatio. ex delectatiōe p̄sensus. ex cōsensu operatio. ex opatiōe p̄suetudo. ex cōsuetudine obstinatio. ex obstinatiōe desperatio. ex desperatiōe peccati defensio. ex peccati defensiōe gloriatio. ex gloriatiōe eterna dānatio Ecce hec cathena hz. xij. membra. ⁊ ideo merito in euangelio terti⁹ dixit. vxorē duxi ⁊ ideo nō possum venire. B aūt vinculū luxurie facile nascit ex ocio. Vnō poeta. Ocia si tollas perire libidinis artus ⁊c. de B vicio luxurie vide plura sup̄ sermone. xxix. A. B. p totū. B Dubitat q̄ sequēter circa B verbū xpi in euāgelio. ia parata sunt omia. q̄ sunt illa oia q̄ parata sūt Ad hoc rñdet Bonauētura in fmone hodierne dñice q̄ de⁹ hom̄i p̄parauit oia ad salutē sibi necessaria. vicz bona nature. bona fortune. bona gre. bona glie. mala pene p̄mo bona nature. qz nihil est in mūdo a deo factū qđ aliq̄ modo nō sit ad hoiem ordinatū. nō solū inferiora sed etiā supiora quedā ad custodiendū vt angelos. quedā ad pascendū vt ī cibis ⁊ potib diuersis. q̄dam ad mirādū vt in celis stellis ⁊c. ī elementis varias creaturas. quedā ad cōsolandū vicz p oīb sensib⁹ delectabilia. et ideo in fine omniū fact⁹ est hō. Deū. s. vt p hoc daret intelligi q̄ hō esset finis omniū creaturaz. Ex hac p̄paratiōe bonoz nature de⁹ est cognoscendus a nobis. stultū est enī ⁊ minorē bestijs te p̄stat esse si illū non cognoscis q̄ tibi tā alta. tā lata. tā pulchra condidit. nunq̄d canes p̄pter modicuz panis dños suos cognoscūt. p eis bella suscipiūt ⁊ morti se exponūt. nunq̄d equi. p modico feno dños suos diligūt. ⁊ q̄nqz aduersarios dñoz calcib et morsibus impetūt. imo ⁊ leo crudelissim⁹ bestiarū cū ab hoie beneficiū accepit: cū eo vadit et fidelissime ei seruit. solus igit hō benefactorē suū non cognoscit sed oīno ingrat⁹ existit. Hōō si hec tibi parua esse vident: attende q̄ deus tibi parauit bona fortune. q̄ licet etiaz sint bona nature. in B tū differūt ab istis iā dictis. qz illa. s. nature sunt p̄manētia. hec autē. s. fortune trāseuntia ⁊ instabilia. hec aūt bona fortune sunt hom̄i p̄parata ad sensuum humanoz̄ solaciū. Vide admirabile

dei, puidentiã, dedit enĩ homĩ visum, auditum, olfactũ, gustũ ⁊ tactũ, sed attẽde illoꝝ sensuuꝫ solacia, p visu diuersos colores, p auditu diuersas voces dulcissimas in auibus, hoĩbꝫ, instrumẽtis musicis, p olfactu diuersa genera odoramẽtoꝝ in herbis, floribꝫ, speciebꝫ ⁊ ceteris rebꝫ, p gustu diuersa genera sapoꝝ, in pane, vino, carnibꝫ, piscibus, fructibꝫ ⁊c, sed p tactu vide q̃t genera aridorũ, liquidoꝝ, calidoꝝ, frigidorũ, quot etiã genera vestimẽtoꝝ lectisterniorumꝫ tibi sũt, p tactu ꝓpata. Si eĩ ista ⁊ alia ĩ vitaꝫ si deras videbis q̃ valde mirabil' est deꝰ nr̃. Nõne mirabile est q̃ in deserto, xl. annis plus q̃ sexcenta milia virorꝝ pauit absq; labore manna ⁊c, exceptis senibꝫ parvulis ⁊ mulierbꝫ, q̃rũ etiã calciamẽta et vestimẽta illesa seruauit. Tertio o hõ si tibi hec non sufficiũt ad cognoscendũ ⁊ diligendũ deũ q̃ tibi ꝓparauit bona nature ⁊ fortune saltem attende q̃liter tibi ꝓparauit bona gr̃e ꝓpter que deꝰ est bene diligẽdus, q; hec bona nõ sunt bona ventr̃, sed mẽtis, attẽde ergo homo q̃t tibi deꝰ dedit genera scientiarũ ꝓtemplatiuarũ ⁊ actiuarũ siue materialium ⁊ moraliũ, ꝓpter intellectũ, quot donaꝫ, virtutũ, donoꝝ, beatitudinũ ⁊ fructuuꝫ spũaliũ, ꝓpter affectũ, quot genera ꝓceptorũ, ꝓsilioꝝ ⁊ exemplorũ, ꝓmissionũ ⁊ cõmutationũ, ꝓpter operatõnem. ⁊ si hec tibi parua videnr̃ attende qualẽ gr̃am tibi fecit dũ seip̃m tibi dedit in cibũ, in patibulo crucis ĩ precio vbi latere aperto tibi fluxerunt omia sacramẽta. ℣ Quarto si tibi hec bona nature fortune et gratie non sufficiũt, attende ⁊ eleua cor tuũ q̃t tibi deus parauit bona glorie ex q̃bus deꝰ nõ solum est cognoscẽdus, nõ solũ admirãdus, nõ solũ toto corde amãdus sed etiaꝫ sũme venerãdus. Dederat enĩ homĩ deꝰ corpꝰ ⁊ aiam, vt ergo beatꝰ fieret totꝰ homo: factꝰ est deꝰ homo, vt dũ ip̃ius diuinitatẽ attenderet beatificaret̃ in mente, ⁊ dũ carnez attenderet ⁊ aspiceret beatꝰ fieret in carne, iõ dicit Grego, q̃s intellectus potest capere illa superne ciuitat̃ quãta sint gaudia, naꝫ ibi deus in sua essentia ⁊ glia conspicit̃, ibi deip̃ius amissione nullo modo timet̃, ibi deꝰ summe diligit̃, ibi ania summa delectatione tenet̃, ibi oĩm bonoꝝ vbertate replet̃ ⁊c. Attende etiã ex parte corpis q̃t tibi deꝰ bona ꝓparauit, nã visus ibi regionẽ luminosam q̃ ex pura luce ꝓsistit videbit, si enĩ solꝰ sic mundũ illuminat, q̃s luminosa erit illa regio q̃ ex sua natura est ex luce purissima vbi erũt innũerabilia corpa sup solem splendẽtia, vbi xp̃i hũanitas illumĩat vniuersa. Jtẽ si cantꝰ auiũ, si cantilene hoĩm ⁊ instrumẽta musica sic delectãt audituꝫ, q̃d erit oĩm sctoꝝ audire cõcentũ deũ laudantiũ, ita de singul' sensibꝫ declarari põt et de q̃ttuor donibꝫ totiꝰ corpis, iõ dicit aplus, j. ad Corinth. ij. Oculꝰ nõ vidit nec auris audiuit ⁊c. Quinto deꝰ nõ cognoscẽtibꝫ eũ ex bonis nature nec admirãtibꝫ ex bonis fortune, nec diligẽtibꝫ ex tãtis bonis gr̃e, nec venerãtibꝫ ex ꝓparatõe gl'ie ꝓparauit ꝓpetua mala pene vbi semp hõ finit̃ ⁊ ad penã ꝓtinue reparat̃, vbi vita oĩ morte acerbior inuenit̃, vbi mors nunq̃ finit̃, ⁊ mors que modo sic fugit̃ ⁊ odit̃ tũc oĩ affectu appetit̃ vbi planctꝰ vlatꝰ ⁊ stridor dẽtiũ audiũt̃, vbi tonitrua stupenda ⁊ voces horribiles demonũ, ⁊ oĩe qõ cernit̃ horribile ⁊ morteferum, vbi nihil nisi fetidissimuꝫ odorat̃, vbi nihil nisi amarissimũ gustui ꝓsentatur vbi oĩe qõ tangit̃ calidũ est in sũmo ⁊ frigidũ in sũmo, talia sũt fercula ⁊ longe peiora dãnatis ꝓparata eternalit̃, ⁊ h̃ est qõd dicturus est dñs in die iudicij. Matth. xxv. Jte maledicti i ignẽ eternũ ⁊c. Jte, in q̃ notat̃ ab oĩ bono diuisio, maledicti, i q̃ notatur eterna excõicatio, in ignẽ, in q̃ notatur acerbitat̃, penal' intẽsio, eternuꝫ, in q̃ notat̃ pene ꝓpetuatio, q̃ parat̃ est diabolo et angelis eius, in q̃ notat̃ maledicta associatio sic g̃ ptꝫ quõ homĩ parata sunt omia. Hec sñialit̃ Bonauẽtura vbi sup̃. K Dubitat̃ ꝓseq̃nter q̃re p q̃nq; iuga boũ intelligi debẽt q̃nq; sensus exteriores: ⁊ quã ex h̃ debem⁹ hie doctrinã. Ad h̃ dicẽdũ q̃ ideo p quĩq; iuga boum q̃nq; sensus exteriores intelligunt̃, q; bos sensum hũanum ⁊ affectũ significat, sicut enĩ bos nõ portat sz trahit, ita sensus nõ portat sz trahit spm̃, bos etiã est pigrũ aial et recalcitrat stimulo, ita sensus est piger ad bonũ, ⁊ vbi ad bonum stimulat̃ recalcitrat, sensus etiaꝫ nr̃i ꝓsant̃ circa trena: sicut boues ꝓsant̃ circa trã, ⁊ sicut iugũ fit ex duobꝫ bobus, ita q̃libꝫ sensus duobꝫ vnit̃ organis, vt iugũ visꝰ ex duobꝫ oculis, auditus ex duobꝫ auribꝫ, olfactus

ex duob⁹ naribꝫ, gust⁹ in palatu et lingna, tact⁹ licet sit in toto corpe: tm̄ due man⁹ sibi ꝓncipalit deseruiūt, ſm Aug⁹. Auar⁹ aūt ista iuga boū, i, sensus emit, qz magnis pe/riculꝫ, seruitutibꝫ, laboribus tēpalia acqrit cū dāno ꝓscie. tūc aūt auar⁹ ꝓbat iuga bo um qm̄ experit q̄d sint tpalia p sensus exte/riores cognita, ꝓbat vsurari⁹ q̄d possit pe cunia in lucro, ꝓbat cupid⁹ q̄d possint pos/sessiões in fructu z petit se excusari, putans sibi hec necessaria. sz non exaudit sicut nec supbꝫ. qz de⁹ nouit ei⁹ cupiditatē z diuitia rū supfluitatē zc, volūt enī auar⁹ z supbꝫ ex cusari z nō luxuriosus. qz cōiter supbi no lūt vocari supbi. sz se excusant dicētes, nul lā habeo supbiam in corde meo, ego incedo iuxta statū z ꝓsuetudinē cōem. qz q̄ se non oīdit z aliq̄d se reputat hunc nemo curat. ecce supbia. Auar⁹ etiā nō vult vocari aua rus. sz excusat se dicens, ego ꝓgrego z reti/neo p necessitate mea z meoꝝ zc. sz luxurio sus n̄ ꝑt se excusare. qz si fornicat aut adul/terat nō ꝑt dicere q̄ bñ faciat q̄uis nec ali orū excusatio, ꝑsit. qz de⁹ nouit corda singu lorꝫ. Scdo p q̄nqꝫ sensus corpis ſm Gre. intelligit curiositas. qz sic sen⁹ exteriores interna cōphēdere nesciūt sz solū exteriora cognoscūt. sic curiosus conat alienā vitaꝫ discutere cū ꝓpriā vitā suā ignoret. qđ ē gra ue viciū. Vñ curiositas ſm Guilhel. pari/sien. in trac. suo de ꝑtibꝫ ē libido studēdi siue cognoscēdi nō necessaria. z q̄ꝫ cogni/tio nihil opat ad salutē, vl' ſm alios curiosi tas est studiū circa inutilia aut studiū ma/ius circa vtili q̄ꝫ decet vl' expediat. qđ ē gra ue viciū. Habet aūt curiositas fieri q̄tuor modis, z sic ex ea sequunt q̄tuor mala. Pri mo ei ex ea, puenit q⁹ hō ꝓprios suos defe/ctus ignorat, z p ꝓsequ⁹ nō curat eos emē dare z vitā suā. Scdo sequit ꝑ malū ex cu riositate q⁹ qñ hō attēdit ad alienā vitā tūc qñqꝫ ꝓtingit exp̄ri vl' scire aliq̄s defect⁹ al teri⁹ z ex ꝑ illū incipit ꝓtenere z se sibi ꝓfer re in corde z se pl⁹ reputare. Tertiū malus ē q⁹ cū curiosus mala q̄ in alio sūt noscit tūc ꝓtingit q⁹ eadē mala q̄ erāt occulta manife/stat z publicat in detrimētū fame z honoris alteri⁹. Quartū malus q⁹ curiosus bona q̄ cognoscit in vita alteri⁹ aut q̄ p̄t bñ fieri iu dicat friuole z interp̄tat in partē peiorē, sic q⁹ credit apud se q⁹ sint mala ea q̄ sūt bona vl' bona intētiōe facta, z vbi etiā intētio la/tet nec ex signis sufficient hūi pōt. Ex his ꝑtz q⁹ graue z nociuū pctm̄ ē curiositas, de q̄ tm̄ pauci vere ꝓfitent z penitēt. Sunt et adhuc alia q̄tuor mala siue vicia q̄ notat Guilhel. vbi sup̄. q̄ si q̄s in se habz facilit et se/pi⁹ tēptatoīb⁹ exponit z a diabolo tēptā/te vincit. ꝑmum malū ſm eus est tarditas ad credendū, et illud viciū inclinat hoiem ad nō credēdū: etiā eis q̄b⁹ est credendū et ea q̄ sunt credēda. Scdm viciū habz leuitas ad credēdū: et trahit hoiem ad leuit credē/dū oīb⁹ z oīa q̄ audit. De vtroq⁹ illoꝝ vi/ciorū dicit Seneca. Et oīb⁹ et nihil crede re viciū est. Tertiū viciū est dubietas q̄ sez q̄dā semp hesitāt. Exemplū q̄ntūcūq⁹ cre/bro et q̄ntūcūq⁹ diligent ꝓfiteant aliq̄ sem per tm̄ dubitāt an sint bñ ꝓfessi. Quartū vi ciū habz suspiciositas, qđ etiā in q̄busdā pso nis religiosis z q̄nq⁹ deuot⁹ adeo inualuit vt duos hoies sil' colloq̄ntes nunq⁹ vide/ant q̄n ipos de se loq̄ aliq̄d mali suspicent. sil'r et q̄cūq⁹ eos quoq̄ modo inspexerit sta tim opinant q⁹ i eis aliq̄d mali notet vl' p/pter aliq̄d mali eos intueat. z ꝑ est viciū p nicioſissimū m̄ltoꝝ litigioꝝ iraꝝ atq⁹ odio rū seminariū, adiuuat aūt hūore melanco lico et colerico vltra q⁹ credi pōt. Quintus viciū addit Guilhel. vbi sup̄ ipam curiosi/tatē, de q̄ supra. Ex his ptz q⁹ incautum est freq̄nter attendere alioꝝ defect⁹ et scrutari de vita ꝓximoꝝ suoꝝ. qz p ꝑ hō scipm ne/scit et mala sua, z nunq⁹ vere emēdat ma/nens in tali curiositate. Patet etiā q⁹ malū viciū ē q⁹ bō libent audit sibi referri alioꝝ mala siue vitā: etiā qñq⁹ bonā. qz aut iter/pretat ad malū aut ex ꝑ mouet ad detracti onē. Quod tinā multi ꝑ attenderēt, cū signē mu lieres q̄ dū sil' ꝓuēiūt q̄i nihil aliud tractāt q⁹ de absentib⁹. ita illū ita aliū iudicādo, et p hoc seipos nesciunt et dānant, etiā in eccle sia qñ oratōnib⁹ vacare deberēt, z vtinā ali quādo hoc nō fieret in eucharistie elevati/one. bene credo q⁹ si tales aduerterent ma la sua ab hoc vicio curiositatis desisterent et nō sic ad aliorū vicia ꝓspicerēt q̄n pon⁹ cogitarēt si hoies pctā sua scirēt forte oīs in me aspicerēt aut mihi maledicerēt zc.

¶ Sed diceret q̄s, est tūc sp pctm̄ at tendere ad vitā alteri⁹ z eā discutere. Rn/deō ſm san. Tho. ij, ij, q, clxvij, ar. ij, i solu/

tione tertie rõnis sñialit, q̃ p̃rere actus et facta alioꝝ põt fieri dupl'r. Primo hoc fieri põt bono aĩo. s. ad vtilitatẽ ꝓpriã. vt vicz hõ ex bonis ꝓprii sui ꝓuocet ad meli⁹, vl' etiã ad vtilitatẽ illi⁹ in q̃ ꝓsiderat acta et facta. vt. s. corrigat si q̃d ab eo agat vicioſe, et ꝫ est agere ſm regulã caritat̃, et est laudabile et debitũ officij, ſm illud ad Heb. r. Cõsiderem⁹ nos inuicẽ in ꝓuocatiõe caritat̃ et bonoꝝ operũ, sic ex debito officij attinet oĩb⁹ dñis et dñab⁹ vt attẽdãt ad vitã et mores siue vicia ſuoꝝ suoꝝ et ancillarũ, sic et id spectat ad p̃ſſamilias respectu domesticoꝝ suoꝝ, ad parẽtes respectu liberoꝝ, ad plebanos respectu parochianorũ, ad p̃latos religiosos respectu ꝓuẽtualiũ suorũ. et sic de alijs, tales enĩ oẽs p sibi subiectis sunt dño rõnẽ reddituri ĩ die final' iudicij. Scõo q̃s põt attendere vitã alteri⁹ siue p q̃rere acta et facta ei⁹ malo aĩo, vt cũ q̃s attendit ad vicia ꝓprioꝝ ad despiciẽduz, ad ꝓfundendũ, detrahendũ vl' saltẽ inutiliter inq̃rẽdũ, vicz q̃ placet sibi scire aliq̃d malũ de ꝓximo ex q̃dã vanitate. nõ q̃ velit p ꝓximo ꝓdesse: aut se emẽdare: sed libent' vult rara scire, et ꝫ est turpe et vicioſuz, vt ꝓz ex p̃missis. Cõsideret g̃ q̃libet vitã suã p̃cipalit' ex caritate alioꝝ, defect⁹ aliq̃n notet et corrigat si vult venire ad magnã cenam x̃pi dñi cũ oĩb⁹ beat̃. Quã nob⁹ ꝓcedat q̃ illam p̃parauit: et vt eã ꝓseq̃ possum⁹ p suaz mortem meruit christ⁹ dñs in secula benedictus. Amen.

¶ Dñica tertia. ¶ Sermo LIII.

Erant appropin

Erant appropinquãtes ad ieſum publicani et peccatores vt audirẽt illũ. Lu. xv. In p̃ria dñica audiſt̃ de mag̃ cena quaz dñs p̃parauit oĩb⁹ hoĩb⁹ se ad illã veniẽdo p̃parãtes, et quõ mlti se excusant nolẽtes venire vicz supbi, auari et luxurioſi, ꝫ posset q̃s dicere, debẽt g̃ tales despare q̃ se excusant et venire nolũt. eo q̃ dñs tũc ꝓcludẽdo euãgeliũ dixit. Dico aũt vob⁹ q̃ nemo viroꝝ illoꝝ q̃vocati sũt gustabit cenã meã. Rñdetur q̃ nõ, imo null⁹ hõ dz despare q̃ntũcũq̃ magn⁹ pctor in hac vita, q̃ dñs parat⁹ est oẽs ad se venientes p pniam recipe, qõ apte oñdit ĩ hodierno euãgelio. ĩ q̃ habet q̃ recepit ad se venientes pctores publicos et occultos. voluit g̃ dñs in p̃cedẽti dñica q̃ null⁹ ex vocatis gustabit cenã suã nisi p pniam redierit et se hũiliauerit, vt dic̃ ap'lis Petr⁹ ĩ hodierna ep'la. j. Pe. v. Hũiliamini sub potẽti mãu dei vt vos exaltet in tpe visitatõis, i. in die iudicij, recipiẽdo vos ad gl'iam. Ad hãc aũt hũilitatẽ puenire ñ possum⁹ nisi p verã pniam, dũ hõ defect⁹ suos recognoscit cũ vera detestatiõe, sicut fecerunt publicani et pctores in euãgelio hodierno. ideo dixit, Erant appropinquãtes, cẽ. Pro gr̃a Aue. ¶ Dicaꝫ ꝓmo euãgeliuz ſm textũ. Scõo intellect⁹ cũ aliq̃bz dubitatiõib⁹. Tertio q̃stiões siue dubitatões ad instructionẽ nr̃am. ¶ Text⁹ euãgelij. In illo t. Erãt appropinq̃ntes ad ieſũ publicani et pctores vt audirẽt illũ, et murmurabãt pharisei et scribe dicẽtes, q̃ hic pctores recipit et mãducat cũ illis: et ait ad illos parabolã istã dicẽs. Quis ex vob⁹ hõ q̃ habet centũ oues, et si pdiderit vnã ex illis nõne dimittit, rcĩt, in deserto et vadit ad illã q̃ perierat donec ĩueniat illã, et cũ inuenerit eã ꝓponit ĩ hũeros gaudẽs, et veniẽs domũ ꝓuocat amicos suos et vicinos, dicẽs illis. Cõgratulamini mihi, q̃ inuẽi ouẽ meaz q̃ perierat. Dico aũt vob⁹, q̃ ita erit gaudiũ ĩ celo sup vno pctore pniam agente q̃z super rcĩt, iust⁹ q̃ nõ indiget pnia. Aut q̃ mulier hñs dragmas decez, si pdiderit dragmam vnã. nõne accẽdit lucernã et everrit domũ et q̃rit diligent' donec ĩueniat, et cũ ĩuenerit ꝓuocat amicos et vicinos dicẽs, Cõgratulamĩ mihi, q̃ ĩuẽi dragmã meã quã pdiderã. Ita dico vob⁹ gaudiũ erit corã angel'is sup vno pctore pniam agẽte. Luce, xv.

Sequit' scõa ps ſmois. ¶ Historiaz b⁹ euãgelij dixit dñs anno etat̃ sue, xxxij. et ãno scõo ꝓdicatois sue, vj. kal'. septẽbris vicz, iiij. die p⁹ festũ scti Bartholomei, et p totũ euãgeliũ dñs oñdit q̃ misericordit'sit agendũ cũ pctore, ꝑsertim ad ꝓuersiõez tẽdente siue penitẽte, et ꝫ q̃druplicit'. Primo ex emplo sui, q̃ ipemet dñs ieſus suã miseri-cordiã et bonitatẽ oñdit ĩ pncipio euãgelij eo q̃ illos ad se venire pmisit, et dic̃ Hic, in omel'. q̃ nõ solũ ad colloq̃ndũ ꝫ et adveſcẽdum admiſſi sunt et recepti, ipe enĩ q̃ dixit Mat. xj. Discite a me q̃ mit̃ suz et humil' corde, oĩb⁹ se benignũ et mãsuetũ exhibuit. ꝓt̃ qõ dic̃ Bed'. sup cant'. ꝓt̃ mãsuetudiez

q̄ est in te dñe oēs currim⁹ post te. audiētes qz nō sprecuisti pctōres docēs ī synagoga. nō horruisti pfitentē latronē ī cruce. nō lachrymātez peccatricē. nō chananeā supplicantē. nō ī adulterio deprehēsaz. nō sedentē ī thelonio. nō supplicantē publicanū in templo. nō te negantē discipulū petz. nō psecutorem discipl'oz paulū. nō deniqz ipos crucifixores. p q̄bz rogasti ī cruce. Si g̃ tā benign⁹ tā pius z misericors est dñs ihesus sic pctōres recipiēdo z pctā dimittēdo: cū illis loq̄ndo z comedendo. q̄s mō pctōz vellet despare. q̄s pctōz nollet se ad tā piū dñm ꝓuertere z veniā pctōz petere. certe nullus nisi totalit excecat⁹ z obstinat⁹ q̄ nō cupit hāc partē cū xp̄o in regno suo. est enī tā misericors. vt dicat p ysaiam Ezechie. xviij. Quacūqz hora pctor ingemuerit. p pctis ñ ampli⁹ velle recordare. saltē ad vindictam dānatōis. Scdo pietas z misericordia xp̄i ptz p exemplū de centū ouib⁹. q̄ etiā ꝓpter peccatores sustinuit aduersitatē. z murmurationē sustinuit a scribis z phariseis. declarādo illis p exemplū q⁹ dignū erat pctōres recipere. declarās q⁹ infirm⁹ indiget medico. hō aūt ille. s. ihesus xp̄s q̄ centū oues habuerit vicz rationalē creaturā. angl'os z hoies. vnā pdidit. s. totū genus hūanuz. qđ bene p vnā ouē designat. eo q⁹ oēs homines ab vno hoīe. s. adā descenderūt. z sūt eiusdem speciei. Hec⁹ est de angel' q̄ ꝑm. pbabilem opinionē. D. Tho. z alios oēs int' se specie differūt. Dicit enī s. Tho. in p̄ma parte sūme. q. xlvij. ar. ij. in solutiōe tertie rōis q⁹ libet angelus differt specie ab alio angl'o Idē dicit in scpto scōi sñiaz. dis. iij. q. j. ar. iij. p totū. Tertio misericordia xp̄i p quā z nos misericordes esse debemus pctōrib⁹ ꝓuerti volentib⁹ oñdit p exemplū mlier⁹ de decē dragmis. dragma aūt est denari⁹ argēteus certe q̄ntitat⁹ hōis imaginē regis. decez aūt dragme significāt creaturā rōnalē in nouē chorīs angl'oz z hūanū gen⁹ distinctā. sic g̃ xp̄s ouē centesimā. i. hūanū gen⁹ pdituz q̄siuit p incarnationē z inuenit p ei⁹ passionē: portās eū in hūeris suis q̄n crucē portauit. z post resurrectōnē a morte ascēdens in celū secū duxit in domū suam. sicz illam dragmā decimā lucerna siue doctrine z scē ꝓuersationis q̄siuit. z inuētā in domū suaz pduxit. Quarto ptz illud idē p gaudiū angelo⁹. nā angeli gaudent de pctōre pniam agente. nō dicit pniam cogitāte vl' ꝓponēte solū siue differēte penitere. B Et si diceres. q̄re angeli tm̄ gaudēt de pctōre penitente. Rndeť q⁹ ideo. qz p ꝓuersionē peccatoz reparať stat⁹ cadentiū angl'oz. z q̄nto plures ꝓuertunť: tāto magis crescit eoz gaudiū siue accidental' btūdo. gaudēt etiam de ꝓuersione pctōz. ꝓter dei honorez. qz p ℞ de⁹ honorať. z ꝓter ꝓximi dilectionē. eo q⁹ sunt ꝓximi nr̄i. vñ sicut q̄s̄ fidelis recte sentiēs ꝓgaudet ꝓtio ō bono suo. ita z angeli de bono nr̄o. Sed di. quō ℞ intelligiť q⁹ angeli mag⁹ gaudēt de ꝓuersiōe vnius pctōris q̄ꝫ. xcix. iustis q̄ nō indigēt pnia Rndeť q⁹ q̄uis stat⁹ innocētiū simpliciter melior sit q̄ꝫ stat⁹ penitētiū inq̄ntū tal'. tñ aliqb⁹ respectib⁹ maius gaudiū hr̄i pt de penitente. tū qz maior ibi apparet dei misericordia q̄ indignū pduenit. tū qz maior in ℞ cōfusio diaboli. tū etiā qz a maiori malo penitens est liberat⁹. Exemplū ponit Guilhelmus. Sicut mr̄ hñs pueros decē si decim⁹ forte egrotat mag⁹ est sollicita de eo q̄ꝫ ō alijs nouē. z si sanitatē recupat mag⁹ gaudet de sanitate ei⁹ recupata q̄ꝫ in sanitate de alijs nouē ꝓseruata ita mai⁹ gaudiū ē ī celo ōr̄o pctōre ꝓuerso q̄ꝫ de multz iustis. Ex oīb⁹ illis patz q̄nto desiderio xp̄s dñs desiderat salutē nr̄am z nullū spernit q̄ntūcūqz magnū pctōrē publicū vel occultū ad seveniēntē. Vñ scriptū est Ecci. ij. Respicite filij nationes hoīm. z scitote qz null⁹ sperauit in dñm z ꝓfusus est. pmāsit in mādatis eius z derelict⁹ est. aut q̄s invocauit illū z despexit eū. q̄m pius z misericors est. Ex ℞ patz q⁹ pctōris pnia inducit gaudiū in ꝓpria cōscientia. in militāte eccl'ia. z in celesti curia.

L Quātū ad tertiaz partē p̄monis est q̄stio siue dubitatio q̄bus modis pctōres recedūt a deo. z q̄b⁹ modis reuertunť siue approp̄inquāt ad deū ꝛc. Ad p̄mā partem q̄stiōis siue dubitatōis dicendū est q⁹ peccatores recedūt a deo q̄dripliciť. vicz per suggestionē demonis. p delectationē. p cōsensum. p opationē. Primo p suggestionez diaboli. nā cū diabol⁹ vidit hoiem vagari mente cogitādo q̄ ad se nō ptinēt. tūc suggerit mala z inutilia. Huius figurā habemus Geneſ. xxxiij. de dyna egrediente vt videret mulieres regiōis illius q̄ rapiebať

et vi oppꝛimebatur. Grego. Dina egredit qñ mens in sua custodia negligit. Exemplũ illi⁹ ponit Amb. in exameron. Cancer vidēs q̄ concha se apit suscipiens rorē accipit lapillũ z ponit i conche apturam, sic diabol⁹ cũ inuenit cor aptũ mal' cogitationibꝫ. Jõo ꝺr Jaco. iiij. Resistite diabolo z fugiet a vob, appꝛopinq̄te deo: z appꝛopinq̄bit vobis. Hcõo pctõr recedit a deo per delectatõem mali, z fit cũ hõ morat i mala cogitatõe z delectat in ea: z volutat sic̄ sus in sceno Uñ Isido. de sum. bo. Nõ est nr̄i arbitrij cogitatõis pꝛaue suggestiõem pꝛuenire, iacere aũt in mẽte nr̄a voluntatis est. Jõ ꝺr Hiere. iiij. Usq̄q̄ morabunt i te cogitatões noxie. vbi dicit Grego. in moral'. Nõ reph̄ẽdit cur vẽiũt sed cur morant, nã sicut ignis egredit z succẽdit: z nõ est q̄ extinguat. sic q̄ morat in suggestiõe z delectatur. Ad hunc sensum ꝺr Bap. s. Peruerse cogitatiões sepant a deo, s. cũ delectatiõe. Tertio fit recessus a deo p cõsensum. Uñ Aug⁹. in suis meditatõibꝫ. Tũc ꝓsentim⁹ dñ approbam⁹ z volum⁹, z iõ dicit Bernñ. Demonũ ẽ suggestiões ingerere, nr̄m ñ cõsentire, z iõ sic̄ p ꝓsensuz in malũ fit recess⁹ a deo, ita p ꝓsensuz in bono fit access⁹ siue redit⁹ ad deũ. Quarto fit recessus a deo p malũ op⁹. Mat. vij. Discedite a me oẽs q̄ opamĩ iniq̄tatẽ. z Athanasi⁹. Qui mala egerũt ibũt in ignẽ eternũ, sic ecõuerso p bonũ op⁹ fit accessus ad deũ, fm illud Mat. vij. Qui facit volũtatẽ pr̄is mei q̄ in cel' est intrabit i regnũ celoz. Per q̄ttuor aũt accedim⁹ ad deuz siue appꝛopinq̄m⁹, Primo p spũsctũ inspiratõem, z h̄ ꝺ primũ recessum a deo p diabolicã suggestiõem. Hcõo accedim⁹ ad deũ p delectatõez inspiratõnis bone, fm illud Ps. xxxvj. Delectare i dño z dabit tibi petitões cordis tui zc. Et h̄ cõtra scõm recessuz a deo vicz p delectatõem in malo. Tertio accedim⁹ ad deũ p cõsensum i bono, qñ vicz ꝓsentim⁹ inspirationi bone vl' ꝓsilio angeli zc. z h̄ ꝓtra tertiũ recessum p malũ ꝓsensum. Quarto appꝛopinq̄m⁹ deo p bonã opatõnẽ, fm illud Mat. vij. Qui facit volũtatẽ pr̄is mei, vt supꝛa, z h̄ ꝓtra q̄rtũ recessum p malã operatõez zc. Sed quõ meli⁹ pctõres pñt appꝛopinq̄re ad iesum q̄s p dilectissimã mr̄em suã ꝟginẽ mariã aduocatã nr̄am, de q̄ canim⁹. Audi nos nã te fili⁹ nihil negãs honorat zc, z ite rũ in Salue regina Eya g̃ aduocata no, illos tu, mi, o, ad nos cõ. zc. Docent h̄ infinita exẽpla miscõie sue quõ pctõres p suã intercessionẽ appꝛopinq̄uerũt, z ꝓuersi sũt ad x̄pm in vita z in morte. In vita Theophilus, q̄ baptismũ. x̄pm z ei⁹ mr̄em negauit, z in testimoniũ diabolo lr̄am, pꝛia manu scriptã dedit. Itẽ de maria egyptiaca, de q̄ dã latrone in silua volente sacerdotẽ spoliare zc. In morte vt dicit Petr⁹ damiani de q̄dã luxurioso, de q̄dã corrupta i domo paterna p famulũ. q̄ binas, ples cõceptas p⁹ partũ in pꝛima silua occidit. q̄ cõfessa plebano pniam accepit, sed de h̄ nõ fuerat cõfessa q̄ pueros baptismo ꝓuauit: z a clara dei visiõe separauit: et ad p̃ces marie resuscitata de oĩbꝫ vere ꝓfessa fuit: z saluata, licet pueri mr̄em accusauerũt coram iudice. Itẽ de latrone cui amputato capite tantã gr̃am ipetrauit vt ꝓfiteret z eucharistiã p̄cipet. z sic de alijs. D Dubitat ꝓseqn ter, exq̄ supꝛ dictũ est q̄ angli gaudẽt de cõuersiõe pctõris, an demões gaudeãt de dãnatiõe pctõris. sic̄ angeli gaudẽt de ei⁹ cõuersiõe. Rñdet q̄ sic. Prio iõ, qz x̄ps nũq̄ habebit laudẽ z gliam de illo q̄ dãnatur. z sic suos labores q̄s i mõdo isto p, xpiij, an, p eo ptulit, z oĩa bona tpalia, naturalia et spũalia q̄ de⁹ sibi fecit in eo pdidit, insuper passio x̄pi: moꝛs et vulnera ip̄i⁹ in eo pdita sunt, qõ ꝓqrit x̄ps p ꝓpham Esa. xlix. Inuacuũ laboraui, sine cã et vane fortitudiez meã cõsumpsi. Hec fuit cã tristicie x̄pi tpe passiõis sue. qz cognouit frustrari passiõez suã in plibꝫ. Terno gaudẽt demões, qz dãnat⁹ hõ nunq̄ de cetero habebit de ẽo aliq̄d boni: nec vnã guttã miscõie, nec eccl'ie suffragia, qz i inferno nll'a est redẽptio, vñ Aug⁹. Si scirẽ pr̄iez meũ in iferno zc. Hre go. Qui ad inferni mala tolerãda descẽderit, nunq̄ vlteri⁹ ad lucem redibit. Tertio gaudent, qz hñt sociũ penaz. Quarto gaudent demões. qz angeli de cetero nũq̄ gaudebũt de ei⁹ ꝓuersione, qz i inferno oẽs sũt obstinati in mal'. Quito gaudent de dãnatiõe anie, qz oẽs alij iã damnati penas habebunt maiores quo ad aliq̄d scz quo ad penã accidentalẽ, sicut i celo oẽs scti maiorẽ hñt gliam ex multitudie sctõz q̄ ad gaudiũ accidẽtale. Sexto gaudẽt q̄ nũq̄ per

pniam ꝓuertent, vñ Apoc, x. Jurauit angel⁹, post ꝫ tps nō erit tps, s, pnie z miseri-cordie: sed iusticie. iō Eccl. iij, ōr, Fili ꝓserua tps, de q, ij, ad Cor, vj, Ecce nunc tps acceptabile zc. E Sed d, vtrū demones vellēt oēs hoīes dānari, Rndet Bonauētura, z s. Tho, sup, iij, dist, i, q dānati volūtate deliberata vellent oēs hoīes esse dānatos. q tanta ē inuidia q zelo inuidie de omī felicitate bonorū dolebūt, sicut sctī de oībus bonis gaudēt: z mīn⁹ inuidēt, ꝓ pinq̄s q̄s alijs, q maior esset eorū pena si oēs, ꝓ pinq̄ damnarent z alij saluarent, z sic diues petijt, p fr̄ib⁹, q fuit exemplū pctī: et aucta fuisset pena, z sic adhuc crescit pena dānatoꝝ. Arrij, Dus, z Wicleff hereticoꝝ vt ptz sup sermone. l. Fl. Ex pmissis inferꝝ q q̄libet hō totis conatib⁹ festinare dz ad pniam vt gaudiū faciat deo et angel', imo oībus beatis z etiā iustis in ꝫ mūdo, ptz ex dictis. Jō exemplū pnie debem⁹ recipe a publicanis, i. in officijs publicis ꝓstitutis, q raro fiūt sine pctīs z a pctōrib⁹ in genere, q (vt ōr in euāgelio) appropinq̄uerūt ad iesū vt audirēt illū: sperātes ex ꝓbis suis doctrinā saluris ꝓcipe z penitere de pctīs, z in ꝫ sapient' egerūt. F Sed di, q̄s, q hoīes in ꝫ mōdo vtunt vera sapia, Rndet q duo genera hoīm in hoc mōdo vtunt vera sapientia, oībus alijs in stulticia manētib⁹. vi-delicet iusti deū timētes: z pctōres ad eum redeūtes, z a malo recedētes siue penitentes, Unde Job, xxviij, Timor dñi ipa est sapiētia: z recedere a malo ītelligētia, z Eccl, i. Initiū sapie timor dñi. Sic g timere deum est sapia q̄ntū ad iustū, z recedere a malo est intelligētia q̄ntū ad reuertentē. Sed adhuc maior relucet sapia in pctōre redeunte q̄s in iusto stāte, q maiori sapie attestat de magno ꝓiculo indemnē exire q̄s firmū stare in bono, z iō sapientissim⁹ est peccator rediens ad deū, z nō rediēs est stultissim⁹. Et hoc ꝑt declarari ex multis mal' q pctōr patit stando in pctīs, q vtiq̄ sunt multa, sed q̄ntū ad pñs dicā q̄tuor ꝓ ordinē. Primū malū est cecitas mētalis, q peccator tāq̄ cec⁹ ñ ꝓpēdit vñ expellit z q̄ trahit, fm illud Apocal, ij, Memēto vñ exciderīs, q de numero filioꝝ dei recedit ad filios diaboli, de magnis z refertis diuitijs ad summā paupt̄atē, de gl'ia ciuilitatis paradysi ad furcas inferni. Hec oīa patēt in filio ꝓdigo Lu, xv, q̄ de filio fact⁹ est seru⁹ cū esset diues cepit egere, cū esset gl'iosus i ciuitate sua: fact⁹ est ipe custos porcoꝝ, cū bestijs z inter bestias habitās. Exemplū sicut aliq̄bus cū ad suspendēdū ducūtur fasciantur oculi. sic facit diabolus peccatori ad furcas inferni deducēdo, ideo dr Isa, xlij, Educ foras ꝓp'm cecū et oculos habentē, magna g est sapia de tanta cecitate exire z ad chr̄istū verā lucē venire q̄ oēs ad se venientes illumīat. Lu, ij, Lumē ad revelationē gentiū, supple ad ipm venientiū, z Joh'is, j. Qui illuminat oēm hoīem venientē in hunc mūdū, z ecōtra magna stulticia est in ipa cecitate remanere. Tertiū malū est infirmitas totalis, pctōr enī oīno die infirmitate languet et totalit' est infirmus. Isa, j. A plāta pedis nō est i eo sanitas, q z oculos hz ꝓnos ad illicita videndū, et aures ad vana audiendū, z os ad ꝓhibita comedendū, z man⁹ ad male opandū, z pedes ad mala loca eundū, z memoriā ad iurias recolendū, z intellectū ad, primū decipiendū p mirabiles industrias, gustum etiā aīe hz corruptū sic̄ febricitās, q spūalia nō sapiūt sibi: sed solū tepida z terrena. Augustin⁹, Palatui non sano pena est panis qui sano est suauis, et sicut peccator taliter est infirmus, ita omni infirmitate languet, nam a sanct⁹ ydropico cōparat, q̄ malis humorib⁹ est plen⁹, z q̄nto plus bibit: tanto pl⁹ sitit. z paralitico q hz tremorē membroꝝ, ꝓpter neruoꝝ dissolutōem, eo q̄ influentiā calor⁹ a corde nō recipiūt, et leꝓroso q̄ est infirmitas incurabil' hūano studio. eo q̄ sanguis est corrupt⁹ in ipo fonte sanguis, s, in pulmone, z febricitāti magnū febrib⁹ z fluxū sanguis patienti, z mortuo ac etiā in tumulo fetēti pctōr cōparat. Un pctōr ōr triplici morte mori, magna sīq̄dē sapia est sic totalit' infirmū z oī infirmitate languentē ad ꝓp'm medicū accedere q̄ oēs sanat, fm illud ꝓs, Misit ꝓbū suū z sanauit eos. Aug⁹, Magn⁹ vtiq̄ venit medicus, q magn⁹ vbiq̄ iacebat egrot⁹, z magna stulticia est in tāta infirmitate remanere. Tertiū malū est fuit⁹ mirabil', nā pctōr q a dei, puidētia oīum dñs est constitutus: magnā et vituperabilē z pessimā seruitutē incurrit. Magna est q pctōr est seru⁹ oīm

duo genera hominū vera vtūt sapiētia alijs ꝛ. in mundo
mane ibq
iusti deū timē tes
pctores a malo recedē tes
et ad deū redeūtes ꝓ pniā
tē tiā

Jb 28

multa mala pctōr patit stando in Apoc. 2 peccatis

vicioꝝ q̄ in eo regnāt. vt auar⁹ pecunie. gu
losus gule. superbus honoꝝ. iracūdus ire. ⁊
sic de alijs. Ūñ sicut serui ducunt a dñis.
sic vicia ducūt illos q̄s possidēt. Ūñ Boe
tius. pbat q̄ pctōr nunq̄ est impunit⁹: sed
statim adest ei pena peccati scz seruit⁹ ipsa
quā pctm̄ inuehit. q̄ est maxima pena sic li
bertas p̄ dulce bonuz. Joh. viij. Qui facit
pctm̄ seru⁹ ē peccati. Utuperabil' est. qz q̄
homo dignissima creaturaꝝ ad imaginez
dei fact⁹ efficit vilissimoꝝ vicioꝝ que sunt
abomīabilia apud deū ⁊ hoīes: valde vi
tuperabile iudicat. Boetius. Sed q̄s nō
spernat fragilis vilissimeq̄ rei se esse seruū.
Pessima est. qz diabol⁹ cui⁹ seru⁹ pctōr ef
ficitur nō dat ei requiē donec trahat eū ad
penas inferni: ibi in ꝑpetuū cruciandum.
⁊ ꝓpter hoc dānati in inferno ꝯqruntur vicē
tes. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis. Sap. v.
Magna ergo sapia est de tā magna vitu
perabili et pessima seruitute exire atq̄ ad
christū venire. ex q̄ efficit vere dñs ⁊ liber.
⁊ magna insipiētia est in eo remanere. Ex
emplū de illo q̄ esset in durissimo carcere ⁊
inde exiret p̄ astutiā suā. q̄s sapiēs reputare
tur. Quartū malū est oīum bono ꝝ ꝑuatio
generalis. nā peccator ꝓtra dei maiestatez
christianus debet hīe bonā voluntatē ad deo seruiendū: z p obseruationē p̄ceptorū dei opib⁹ demonstrare. Jō dicit saluator ī euāgelio. Bona arbor fructū⁹ bonos facit. z Lu. vj. Bon⁹ hō de thesauro cordis sui p̄fert bonū. ¶ Sed diceres q̄s cōditiones debet arbor bona spūalis hīe. Respondeō. sicut arbor bona material' debet in se hīe plures p̄ditiōes bonas. sic et arbor spūalis scz hō debet illas hīe vicz radicis integritatē. radicalē humiditatē. omnium ramor⁹ fertilitatē. fructuū deprēssibilitatē. florū odorositatē z delectabilitatē. fructuū suauitatē. Primo ad bonā arborē req̄ritur radicis integritas. sic ad bonū hoīem intentōis veritas. q̄ or ad Heb. iij. Discretor cogitationū z intentionū cordis est de⁹. nā ſm Grego. intētio imponit nomen operi nr̄o. z merito. q̄ radix occultat. sic intentio est hoīb⁹ occulta. deo aūt nota. Jō dicit Bern̄. Intētio prāua viciat bona opera. sicut dare elemosynā vel aliud bonū opus faciendo p̄pter vanā gloriaz. Secōdo ad bonā arborē req̄rit radicalis humiditas. i. dei grā. nā sicut arbor sine humiditate fructificare nō p̄t Job. viij. Nunquid virere p̄t scirpus absq̄ humore aut crescere charectū sine aqua: q̄si di. nō. sic nec homo p̄t ferre fructū boni opis sine dei gratia Joh. xv. Sine me nihil potestis facere scz meritorie. z Grego. sup eodē dicit. Neq̄ in veteri neq̄ in nouo testamēto placuerūt sine grā dño. z in ps. cxlij. Ānia mea sicut terra sine aqua tibi. idcirco humiditas diuine gr̄e req̄rit ad singl'a opa meritoria. z Richar. li. iij. ca. vlti. Sine grā coopante nec sufficim⁹ ad veritatis cognitionem. nec ad virtut' amorē. nec ad boni opationē. Tertio ad bonā arborē req̄rit oīm ramorū fertilitas. sic q̄ nō in vno solo ramo sed in oīb⁹ ferat bonos fruct⁹. sic etiā homo in oībus mēbris dz fructificare bona opa ad Colosseñ. j. Deo p oīa placētes in oīni ope bono fructificātes. scz q̄ in corde deū diligat. in ore deū laudet. q̄ ſm Greg. in omelia. Nō est p̄fectus in ope cui p̄tradicit prauitas lingue. Et māib⁹ paupi elemosynā eroget. Prouer. xxxj. Manū⁹ suas aperuit inopi: z palmas suas extēdit ad pauperē. Item auribus dz audire p̄bū dei. Prouerb. j. Audi fili disciplinā p̄tis tui. z Joh. viij. Qui ex deo est verba dei audit. naz sic deus totū hoīem creauit z nō est membr⁹ q̄d nō habeat hō a deo: sic cū oībus membris dz seruire deo. ps. cij. Benedic ania mea dño: z oīa q̄ intra me sūt nomi scō eius. Ex q̄ sequit q̄ nō solū in vno mēbro sed in oībus debem⁹ ferre fructū boni operis. Quarto ad bonā arborez requirit fructuū deprēssibilitas. de q̄nto enī arbor plures fert fructus. de tanto plus declinat ad terrā. sic z hō quāto plura bona facit: tanto debet se ampli⁹ humiliare. q̄ Luc. xvij. or. Cū feceritis oīa q̄ p̄cepta sunt vob: dicite: serui inutiles sum⁹. Dicit enī Cassio. super ps. lxij. Humiles iugit' deuz laudant semp se accusant intelligētes bonū esse alienū. p̄priū vero malū. Quinto ad bonā arborē req̄rit florū odorositas z delectabilitas. sic ad bonū hoīem req̄rit volūtas bona z deuotio odorifera z verbor⁹ vtilitas. iuxta illud. ij. ad Corinth. ij. Bon⁹ christi odor sum⁹ scz ad edificandū p̄mū. De q̄ dicit Ansel. in li. cur deus hō. Voluntas bona est q̄ deo subiecta est. q̄n vicz hō suā voluntatē diuine voluntati p̄format z coequat. sic etiā ad bonuz hoīem req̄rit verborū vtilitas. Un Isido. Sit sermo tuus irrep̄hensibilis z audientib⁹ vtilis. sed beu aliq̄ habēt folia. i. verba pungitiua sīc cardo. i. verba detractoria. de q̄b⁹ or Hiere. ije Sagitta vulnerans lingua eor⁹. Alij hūt folia fetentia sicut sambuc⁹. i. verba luxuriosa. q̄b⁹ or ad Ephes. v. Fornicatio z omnis īmūdicia nec noīet in vobis. z Matthei. xij. Ex abundātia cordis os loquitur Texto ad bonā arborē req̄rit fructū suauitas. sic ad bonū hoīez op̄ caritas. ſm illud. j. ad Corinth. xvj. Omia opa vestra in caritate fiant. nā ſm Aug⁹. frustra cetera assunt si caritas desit. z Hilari⁹. Frustra erit oīnis operatio nisi assit dei dilectio. et Bern̄. Ubi est amor nō est labor ꝫ sapor. nō grauitas sed leuitas z suauitas. k

Dubitat p̄sequēter ex q̄ saluator dicit q̄ arbor mala excidet z in ignē mittet. q̄bus modis tū fiat illa excisio. Ad h̄ dicendū q̄ duplex est pena futura pctōr⁹. vna est excisio. alia est in ignē missio. Sunt aūt q̄nq⁹ excisiones arbor⁹. i. hoīm. Prima cōmūis oībus hoīb⁹. s. mors. p quā excidit aīma a p̄tī vita vt ampli⁹ nō valeat vti mūdi de-

licꝫs, ſm illud Eſa. xxxviij. Precisa ē velut a texente vita mea: dū adhuc odirer succidit me. Hec excisio mortꝫ amara est cū faciat hoīem relinq̄re oīa tpalia que amauit Vñ Eccī. xlj. O mors q̄ amara est memoria tua. Si g̃ mēoria mortꝫ est amara, multo amarior est eiꝰ experiētia dū iam sentit. Scōa excisio est etiā cōmunis bōis ꝛ malis, qz p mortē excidunt, i. separant a cōsortio eorū q̄s hic dilexerūt. Tercia excisio solū cōuenit pctōribꝫ. qñ excident, i. separabunt a cōsortio omniū electoꝝ: ꝛ tradent consortio oīm demonū ꝛ hoīm damnatorū. De hac excisione loquit Chrys. dicēs. Multi solū gehennā abhorrent. ego autē excidi ab illa glia beata multo maiorez iudico gehenna, et subdit. Intolerabilis est ignis gebenne, q̄s dubitat, sed si ponat aliq̄s mille gehēnas nihil tale dicit q̄le est excidere a btūdie diuie pūtie: ꝛ odio habere xp̄o ꝛ audire hoc verbuz. Nō noui vos imo minus malū esset sustinere q̄ttuoꝝ milia gehēne fulmina q̄ꝫ facie christi mansuetā a nobis videre auersaz. Quarta excisio siue pena est miserrima, qz auellit ꝛ abscindit a reprobꝫ oīs ptās bōe opatōis. Quinta absisio est terribilissima, qz excidit ab eis omis spes ꝰsolatiōis, ita q̄ nūq̄ꝫ se sperent eternaliꝫ aliq̄d boni habituros. Hec de prima excisiōis siue separationis pena. Scōa aūt pena de q̄ supza est ignis gehēne, in q̄ est fletus ꝛ stridoꝝ dentiū, vbi vermis male ꝰscientie corrodit aiam in ppetuū ꝛ ignis erit inextinguibilis q̄ semp corpza succēdit ꝛ nunq̄ꝫ cōsumit, ita vt semp pūiant ꝛ nūq̄ꝫ moriūt. Ex illō Eſa. vl. Vermis eorū nō morietꝫ ꝛ ignis eorū nō extinguetur. Ex illis infert q̄ homies nō faciētes hic fructū boni opis: sunt in maiori periculo q̄ꝫ porci et canes, nā illi solū vnā sustinent mortē temporalē, ꝛ post mortez nihil mali habebūt. homies vero mali debitores sunt mortis tēpalis et eterne, excidentur enī p mortē temporalē ꝛ postea cōburent ppetuo igne, vt patebit infra. ideo peccatores dicunt arbores bis mortue in canonica Jude ca. vnico. ¶ Sed diceret quis, q̄d est hoc q̄ domin⁹ dicit. arbores malas. id est pctōres excidendos p mortē, ꝛ nō dicit qñ excident. Respondetur q̄ ideo vt homines semp sint parati vt quacunq̄ hora domin⁹ repetat aniam de corpe homo secur⁹ reddat eā in man⁹ domini. nā ꝓpter certitudinē mortis ꝛ incertitudinē hore mortis debent homies facere ſm illud consiliuz sapientis Eccī. v. Non tardes conuerti ad dñm ꝛc̄, vt supza, vt sic securi⁹ morerent eo q̄ nesciunt diē aut horam mortꝫ siue neq̄ꝫ finē penarum inferni. Vnde nō solū ibi dānatus p mille annos sed in eternū est victur⁹, ſm illud ps. xlviij Laborabit in eternū ꝛ viuet adhuc in finē ꝛ ibidem: Diues cū dormierit non sumet oīa secū: neq̄ꝫ descēdet cū eo glia eiꝰ, q̄a anīa eius in vita ipius benedicet, ꝛ sequitur, introibit vsq̄ꝫ in pgenies patrū suoꝝ, vsq̄ꝫ i eternū nō videbit lumē. Sz q̄lis tūc erit dolor ptz ex cōmuni verbo, dū q̄s dura patit, qz tunc dicitur, si spes nō esset cor frangeret, sed ibi neutꝝ erit, qz nec cor frāgitur: nec spes est. Exemplū habem⁹ de q̄dam magno q̄ ex tali verbo a quodam fatuo dicto valde cōpunct⁹ est de peccatꝫ suis ꝛ cōuersus. Cū enī audiente famo quodam diceret, Si spes non esset cor frangeret, adiecit fatuus. q̄lis ergo erit pena vbi neq̄ꝫ spes est de liberatiōe nec cor frāgi potest. qd̄ domin⁹ audiens suspirans aūt, q̄d hoc sibi vult qd̄ audiui a stulto, et sic vitaz suā mutauit in meli⁹. Sed heu inueniunt aliq̄ dicentes q̄ verba et exēpla in libris ꝛ scripturis sanctꝫ posita sunt solū ad terrorem vt p illa homies dimittant malū ꝛ faciant bonū, sed q̄d amplius tales faciūt q̄ꝫ q̄ de nouo blasphemāt deū ꝛ dñm nostꝝ iesum christū, dicere enī deū mendacē blasphemia est, qz deus veraꝛ est. omis aūt homo mendaꝛ. Sed sicut supza ptz Eſa. vl. ultimo ꝛ Matth. xxv. ꝛ in simbolo Athanasij ꝛc̄, aperte malis ꝓmittit eterna dānatio Dicere ergo q̄ illa dei verba timorē includunt ꝛ nō veritatē: est dicere deū mendacem. ꝛ h̄ est vere deū blasphemare. Sz fortē aliq̄ dicerent. Credim⁹ bis q̄ deus dicit sed narrationibꝫ ꝛ exēplis nō oportet credere, qz dicunt ad terrorem vel ꝓpter alias causas, sed q̄ maior stulticia q̄ꝫ cogitare q̄ aliq̄s mendacio suo se ꝓdere velit vt alios saluet cū non sint facienda mala vt eueniant bona, ad Roma, nec deus mendacio nostro indiget ꝛc̄. Quis autē sane mentis audet dicere sanctissimos patres et viros

Hieronymū. Cyrillum. Ambrosiuz. Augustinū. z sic de alijs. q̄ multa terribilia exempla scripserūt de penis inferni z punitionibz peccatoz hic in mūdo. Hieronym⁹ in vitaspatrū. Gregoriꝰ in libro dyalogoz z in suis omelijs. Cesariꝰ in suo dyalogoz āmonitionibz. Eusebiꝰ in libro eccliastice histozie. Cyrillus in suis opusculis z Ambrosiꝰ in pluribz libris suis. silr Augustinꝰ in pluribz libris suis. signāter i libro de ciuitate dei mentitos fuisse. aut p̄ mendaciū sibijpis z alijs vitā eternaz meruisse. certe nullus nisi ꝓscientia deprauatꝰ z īmemoz salutis sue. Audiatis de hoc exemplū ꝑm Bonauēturā nouit canonizatū doctozē famosissimū quē in suis scriptis allegant maximi doctozes q̄d ille dicat de eternitate penarū in ꝑmone quodā sup epistola hodierne dñice. Ubi sic dicit. Que pena est tam parua q̄ nō esset acerbissima si crederet eterna. Ubi si hoiem poneres in pulcherrimo mōi palacio z pōeret i lecto aureo z sibi daret oīe qđ delectaret in cibo z in ducret purpura z bisso. z diceret sibi q̄ inde nō esset ꝓpetue exiturus. ꝑpus vellet esse mortuus q̄z viuus. ergo q̄d est vbi cū acerbissima pena eternitas est. Ideo dzin ꝑb Sicut oues i inferno positi sunt. mors depascet eos. vbi dicit Aug⁹. Nō pascit ad hoc nutrit vt iterū nascat. Sed diceret q̄s vnde scis q̄ tanta sit pena maloz. Respondet Bonauētura sup̄ euāgelio dñice vigesime. Si scripture ꝑ dicenti nō credis. saltem ꝑ cogita q̄ntū dñs amicos suos carissimos sibi viros innoxios. sctōs apl̄os ac martyres in hac vita afflixit dū ignibus z bestijs z omibz penis eos tradi pmisit. q̄d factuꝰ est inimicꝰ. q̄re nō cogitas q̄d innocentissimo filio suo fecit. quare nō attēdis quō vnū peccatū primi parētis puniuit p̄ quo totā posteritatē tot calamitatibus tot doloribz tot oneribz martyrijs z tot generibz penaruz exposuit. igit quid factuꝰ est tot peccatis ab eis impune hic factis. N

Inter ceteras tñ penas erit pena maxima de amissiōe tempis. Exemplū habemꝰ de quodā viro sancto. q̄ cū esset in oratiōe audiuit vocē miserabilit lamentātē. z cū q̄reret q̄s esset. dixit q̄ esset anīa cuiusdā dānati suā plangens dānationē. addēs q̄ inter omīa que ipm z alios dānatos magis excitabant ad planctū. maxime amissio tēporis incitabat sibi a deo cōcessi de gratia in cuiꝰ parua mozula potuissent fecisse penitentiā z esse liberi a pena inferni z̄c.

Dubitat cōsequēter de ꝑbis christi in fine euāgelij cū dicit. Non omis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celorū. sed q̄ facit voluntatē patris mei q̄ in celis est ipe intrabit in regnū celorū. Quā ex hoc debeamꝰ habere doctrinā. Respōdet q̄ ex hoc habemꝰ q̄ nō sufficit ad vitā eternā cōsequēdam orare et elemosynas dare z̄c. sed dei voluntatē in obseruātia p̄ceproꝝ adimplere. Unū dicit Augꝰ. in sermone dñi in monte. Nō ergo putemus ad illos fructus de q̄bz supza dictū ē ptīere. si quis dño nostro dicat. dñe dñe z̄c. z ex eo arboz nobis bona videat. sed illi sunt fructꝰ facere voluntatē patris mei q̄ in celis est. Ex q̄ dat intelligi q̄ homini nō sufficit ad salutē vt credat articlos fidei. qz fides sine operibus mortua est. Jacobi. ij. sed oportet etiā ꝓcurrere opera fidei. i. seruare dei mādata ꝑm illud Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Nō ergo sufficit dicere. dñe dñe. z̄c. Ubi etiā est notādū q̄ aliquis tñ semel dicūt dñe. q̄ vicz tñ habēt in oze z non in corde neq̄z in ope. de q̄bus Esaie xxix. Populus hic labijs me honorat. corautē eoꝝ longe est a me. Alij dicūt bis domine dñe. q̄ videlicet credūt corde et confitent oze: sed ꝓtradicūt ope. ꝑm illud ad Titū. j. Confitent se nosse deū: factis autē negant. Alij dicūt ter dñe dñe dñe. qđ nō fit nisi in spūsancto. Unde glosa. Uere dicere dñs iesus est corde credere: oze confiteri et operibz attestari. nā vnū sine altero negare est. multū enī melior est seruꝰ q̄ modicū loquēdo dñi sui voluntatē facit q̄z adulatoz in latere stans q̄ multū loquit z nihil horū in corde habet. ergo nō sufficit ad deū clamare dñe dñe siue parce parce. ignosce ignosce. z sic de alijs. sed oportet ab operibz malis cōtinere z deo amplius seruire z p̄ceptа eiꝰ custodire. Ex ꝑ patet q̄ nō omnis xp̄ianꝰ saluat. sed valde pauci respectu dānatoꝝ z dānandoꝝ. vtinā cētesima pars imo millesima pars eoꝝ saluaret. De hoc habemꝰ exemplū in vita beati Bernardi. Erat quidā heremita qui ante hoc erat decanus ligonensis. qui cū fuisset. xxvi. ānis

in heremo defunct⁹ est, z post mortē apparuit episcopo suo ligonensi in magna glia, de quo ep̄us valde mirabat: z dixit episcopo q̄ in hora mort̄ suc. xxx. milia hoīm decesserūt, de q̄b⁹ oīb⁹ ip̄e z beat⁹ Bernardus in celū ascenderūt z. xxxiij. in purgatoriū: alij oīs ad infernū descenderūt. Simile habet de duob⁹ socijs scolarib⁹, quorū vn⁹ defunct⁹ est: q̄ alteri infra mensem apparuit, xvj. die dicens se saluatū, z ꝑ meruisse, q̄ se ad sumendū corpus christi semper cū deuotōe ꝓparauit, et addidit q̄n de hoc mūdo migraui q̄nq̄ milia hoīm moriebant: z nullus ex his oīb⁹ saluat⁹ nisi ego et alij tres. Itē Cancellari⁹ parisiensis facundissim⁹ p̄dicator post mortē apparuit ep̄o ibidē dicens se esse dānatū ꝓpter honorem quē recepit z appetiuit in secl'o z ꝓpter voluptates carnis, z q̄siuit ab episcopo quota hora esset in mundo, z dixit illi ep̄s. xxx. dies est mortis tue, cui cancellarius, ve ve nobis i inferno: credebam⁹ q̄ dies iudicij esset cōsūmata, q̄ sicut nix cadit de celo, ita anie cadūt in infernū. Item q̄dam alius mgr̄ post mortē apparuit episcopo dicēs se esse dānatū, quē ep̄us interrogauit si adhuc scientiā suā haberet, Rñdit nihil scio ꝑter tria. Primū q̄ eternalit̄ dānatus sum. Scōm q̄ sñia irreuocabil' cōtra me data est. Tercium q̄ ꝓpter delicias corpor̄ et honorē mūdi ꝓuatus sum eternaliter visiōe dei, z q̄siuit si mūdus adhuc staret, cui ep̄us cur hoc q̄reret. Rñdit, tot anie illis diebꝫ descenderūt in infernuz q̄ vix credidissem tot hoies fuisse in mundo. Ecce horrēda, ex q̄ cognoscim⁹ q̄ nō omnis q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celorū z. sed q̄ facit voluntatē dei in custodiendis p̄ceptis ille introibit in regnū celorū. Dō nobis p̄stare dignet dñs ihesus in secula benedict⁹. Amen.

¶ Dñica nona. ¶ Sermo LVIII.

REdde rationem

villicationis tue. iā enī nō poteꝛ villicare. Luce. xvj. In ꝓxima dominica audiuistis quō dñs nos auisat vt diligent' vigilem⁹ ne seducamur a falsis ꝓphetis, hypocritis, hereticis, adulatorib⁹, malis christianis, a carne, mūdo z diabolo, z ne deū illorū suggestiōe offendamus, z de arbore bona et mala, et quō mala arbor tandē excidit et in ignē mittit. In hodierno autē euāgelio ostendit causā q̄re diligenter inuigilare z nos custodire debeamus, q̄ rationē facturi sum⁹ deo de oīb⁹ actib⁹ nr̄is cōmissis et omissis, imo ō tota vita nr̄a in iudicio particulari et vniuersali. Pro q̄ et aplus in hodierna epistola nos auisat, j. ad Corinth̄. x. scripta vt vigilem⁹ in oīm temptatiōe z fugiam⁹ idolatriā, fornicationē, cōtra deū murmurationē, malā cōcupiscentiā, z sic de alijs, q̄ de oīb⁹ illis reddituri sum⁹ deo rationē iux ta thema. Pro gr̄a Aue maria. ¶ Redde rationē villicatiōis tue z. vbi supra. Primo dicat euangelū ꝑm textū. Scōo eius intellect⁹. Tercio dubia quedā z.

¶ Text⁹ euāgelij Luce. xvj.

¶ In illo tpe dixit ihesus discipul' suis parabolā hanc. Homo quidaz erat diues et habebat villicū, et hic diffamat⁹ est apud illū q̄si dissipasset bona ip̄ius, z vocauit eū et ait illi. Quid hoc audio de te, redde rationē villicatiōis tue. iā enī nō poteꝛ villicare. Ait aūt villic⁹ intra se. q̄d faciā, q̄ dñs meus aufert a me villicationē, fodere non valeo, mendicare erubesco, scio q̄d faciam vt cū amot⁹ fuero a villicatiōe recipiāt me in domos suas. Conuocatis itaq̄ singulis debitoribꝫ dñi sui, dicebat ꝑmo, q̄ntū debes dño meo, at ille ait, centuz cados olei. dixitq̄ illi, accipe cautionē tuā et sede cito z scribe q̄nquaginta. Deinde alio dixit, tu vero q̄ntū debes, q̄ ait, centū chozos tritici, ait illi, accipe lr̄as tuas et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniq̄tatis quia prudēter fecisset, q̄ filij huj⁹ seculi prudentiores filijs lucꝭ i generatōne sua sūt. Et ego dico vob. facite vob amicos de māmona iniq̄tatꝭ vt cū defecerit⁹ recipiāt vos i eterna tabernacula. Luce. xvj. ¶ Hystoria huj⁹ euāgelij facta est anno p̄dicatiōis xp̄i. ij. z anno etat⁹ ei⁹. xxij. in octobri. Nā ante initiū huj⁹ euāgelij Luc. xv. habet de filio p̄digo q̄ ꝓsumpsit oēm substātiā suaz luxuriose, et postea cepit egere et cupiebat ventrē suū implere cū siliq̄s q̄s manducabant porci: et nemo illi dabat. Qui surgēs venit ad patrē suuz recognoscēdo pcta sua dicens. Pater peccaui in celū z coraz te, et iā nō sum dign⁹ vocari filius tuus, fac me

vnū et mercēnarijs tuis, quez pater suscepit cū gaudio :z cōuiuiū illi fecit solēne dicens. Filius hic me⁹ erat mortuus z reuixit, perierat z inuent⁹ est zc. Hic filius nobis oīm̄ est i exemplū penitētie. z postea sequit euangeliū hodiernū in q̄ dicit. Redde rationē villicatiōis tue. q̄si diceret dñs. nō per hoc excusar⁹ q̄ substantiā tuā a patre tibi traditā dissipasti, q: licet fuerit hereditas tua: tamē nō fm tuā sed dei voluntatē eam exponere debuisti. In hoc autez euangelio duo ponunt. z fm hoc habz duas partes, scōa ibi. Ait autē villic⁹ intra se. In prima parte ponit accusatio villici z q̄modo sit vocat⁹ ad rationē reddendaz de sua villicatione, ostendēdo p hoc oēm rationē facere debere de sua villicatiōe, id est statu, officio et de tota vita sua omittendo z cōmittendo, huiusmōi autē ratio fit in iudicio particulari z vniuersali. nā in extremis cuilibet homī bene a deo dicit. Redde rationē villicatiōis tue, iā enī nō poteris villicare, q: tunc nō potest amplius in hoc mūdo statū et vitā suam, put cōsueuit dirigere. In scōa parte tangit, puidentia z sagacitas villici de futura, puisione necessariorū in relaxādis debitis: et faciēdo p ꝫ sibi amicos, p q̄ ostendit q̄ q̄libet homo exemplo villici hic sibi facere debz amicos de bonis suis in relaxādis debit⁹ et distribuendis elemosynis vt tandē illorū meritis z intercessiōe cōsequat brauiū eterne beatitudinis in eternis tabernaculis. Est tamē hic considerandū q̄ domin⁹ dicēdo hanc parabolā nō vult p hoc cōmendare villicū iniq̄tatis de astutia sua, sed vult p hoc nobis dare intelligere q̄ si homines in tpalibus reb⁹ sunt ita astuti et sollicit⁹, multo magis, p eternis debēt sibi facere amicos p elemosynas de māmona iniq̄tatis, id est q̄ ducit ad iniquitatez, nō de male q̄sitis sine reb⁹ alienis iniuste retent⁹ vbi scitur q̄bus debēt restitui. ℣ Diceret q̄s. q̄s est ille homo diues. z q̄s villicus. z que villa. z q̄tuplex. Ad hoc dicendū est q̄ p hominē diuitē debem⁹ intelligere deū q̄ singulariter diues est triplicit. In miscōia, q: misericordie eius nō est numer⁹. In cognitiōe, q: omia nuda z apta sūt oculis ei⁹. ad Hebreos. iiij. Et in possessiōib⁹, q: ipius sunt celi et terra: z omia in eis ꝓtenta, fm illud

ꝑs. Domini est terra z plenitudo ei⁹: orbis terrarū z vniuersi q̄ habitāt in eo. Villic⁹ autē ipius est q̄libet hō. Unō villicus fm Bedā est gubernator ville cui dñs villam gubernandū cōmisit. siue q̄ deputatus est ad custodiā ville. Pro q̄ notandū q̄ cuilibet homini cōmissa est triplex villa a deo. Prima villa est mūdus iste. cui⁹ fruct⁹ sūt bona tempalia q̄ q̄libet iuste dz acq̄rere et recte dispensare nō superflue, p seipsū. neq⁹ minus tenaciter ea erogare fuis dñi sui puta paupib⁹, put requirit stat⁹ suus. Secūda villa est corp⁹ ꝓpriū. qō bene est custodiendū ne p portas sensuū ingrediat mors in aniam, fm illud Hiere. ix. Mors ingreditur p fenestras vestras zc. Bona etiā ipi⁹ corpor⁹ vt sanitas, fortitudo, pulchritudo zc dispensanda sunt ad dei seruitiū z honorē, nō ad beneplacitū z voluntatem diaboli q̄ nobis ea nō tradidit: sed potius ea eternaliter secū cruciare ꝓtendit. Tercia villa est ania q̄ a prauis cogitatiōib⁹, affectionib⁹ z voluntatib⁹ est custodienda. z bona ipius puta ingeniū, prudētia, sciētia zc, ad dei laudē sunt eroganda. Si aūt nō bñ dispensauerim⁹ bona dictarū triū villaꝝ tūc accusabimur coram deo quē nihil latet omniū actuū nostroꝝ. ℒ Hz diceret q̄s. quō malus villicus siue peccator dissipat bona p̄dictarū villaruz. Rñdet q̄ tripliciter hoc cōtingit. Primo dissipat bona tpalia aliena acq̄rēdo vsuris, furt⁹, rapinis, fraudib⁹ z cōtractib⁹ illicitis. z ꝓpria illicite exponendo in luxurijs, cibis z potib⁹, vestitū superfluitatib⁹ aut psonis leuib⁹: z nō cōmunicando ea paupib⁹. ℌ cōo dissipat bona corpis peccator cū vtit fortitudine ad bella iniusta, ad ꝓtentiōes, ad vanitates z exercicia suo statui nō ꝓuenientia. sīr sanitate, pulchritudine ad pctā. Quis enī potest explicare q̄t homines pulchritudo corpalis fortitudo z agilitas ꝓducit in eternā dānationē. videm⁹ enī ꝫ aperte de pulchritudine mulierū, q̄ quāto pulchriores sunt tanto magis sollicitant⁹ ad luxuriā. ideo q̄nes vir aut mulier se respicit in speculo cōsiderādo suā pulchritudinez deberet cogitare q̄z terribiles sunt facies demonū z dānatorū: z penas illas sine fine māsuras. Ita declarari potest de fortitudie clientū z aliorū q̄ ex hoc audaciā sibi assumūt litium z cō-

tentionũ ex q̃bus plura mala sequũt. de q̃
bus raro vl' nunq̃ sibi formãt ꝓscientiam.
Ideo beat⁹ Grego. de pueris anglicis ro
me venalib⁹ i foro dixit. Deu q̃ glorioſos
vultus diabol⁹ possidet. Tercio pctõr diſ
sipat bona anie vt ingeniũ. scientiã. facun
diam. prudentiã. quib⁹ ꝓuiã debuisset de
fendere vitã. illa dissipat incaute in terre
nis. r voluntatẽ quã flectere debuit in dei
amorẽ cõuertit in carnales voluptates. et
totũ ingeniũ suũ cõuertit ad temporale lu
crũ: r magis ad nocumentũ q̃ ad vtilitatẽ
ꝓximorũ. r sic q̃si stolidus r insipiẽs effici
tur in his q̃ concernũt dei honorẽ r aniã
rum salutẽ. qõ proch dolor dolendũ est. vi
demus enĩ q̃ multa hoĩm nobilia ingenia
dissipata multiplicatiõe temporalis lucri r
vanitatis hui⁹ mũdi. ¶ Conseq̃nter
in euãgelio ostendit quõ malus villic⁹ vo
catur ad rationẽ reddendã. Vocat enĩ do
min⁹ quẽlibet hoĩem inspirationib⁹ inter
nis. ꝓdicatõib⁹ externis. beneficijs r flagel
lis: r aliq̃n incutiendo timorẽ eterne dãna
tõis. Sed q̃d ẽ hoc q̃ domin⁹ exigit a no
bis rationẽ villicatõis nr̃e. cũ ꝑm Augus.
tot r tantorũ beneficiorũ sum⁹ debitores.
tot r tanto⁹ malor⁹ in deum offensores q̃
nec de millesima parte. imo de nulla satis
facere possũ⁹. ꝑm illõ Job. ix. Vere scio q̃
nõ iustificabit homo cõparat⁹ deo. r si vo
luerit cõtendere cũ eo vicz rationẽ exigen
do. ꝑm glosam nõ respõdebit vnũ ꝓ mille.
Qõ cõsiderans beat⁹ Bernar. dicit. Eya
dñe vim patior. respõde ꝓ me. in man⁹ tu
as cõmendo duo minuta scz corp⁹ r aiam
tu psolue omnib⁹. tu ab omnib⁹ libera. q̃a tu
es deus. r qõ omnib⁹ homĩb⁹ impossibile ẽ
tibi facile est. ¶ Sed diceres. q̃d in
telligere debem⁹ ꝓ verbũ christi in vocati
one villici cũ dicit. q̃d hoc audio de te rc.
Respondet q̃ dñs dicit hic tria verba val
de terribilia. q̃ si crebro auribus nostris inso
narent multo min⁹ peccarem⁹. imo cũ om
ni diligẽtia a peccatis nos custodiremus
ne deũ offenderem⁹. Primũ est verbũ rigi
de reprehensiõis dux dicit. Quid hoc audio
de te. q̃si diceret. audio de te terribilia scele
ra. quia tanta dissipasti tempalia. inquina
sti corpus. aniam peccat⁹ multis defedasti
r maculasti. et sic cõtra deux bonis nature
fortune et gratie vsus fuisti. Secundũ ver
bũ est anxij timoris. Redde rationẽ villica
tionis tue. qõ erit in morte. in iudicio par
ticulari et etiã vniuersali. tunc enĩ oportet
nos reddere rationẽ de omi verbo ocioso.
Math. xij. quãto magis de verbo nociuo
detractione. susurratiõe. maledictiõe. con
tumelia. irrisione. et sic de alijs. et ma xime
de opere malo r de omnib⁹ traditis r cõmis
sis vsq̃ ad vltimũ quadrantẽ. O verbum
districtũ. anxium et durũ exigende ratiõis
nõ solũ de verbis r fact⁹ aptis: sed r de oc
cultis cogitatiõib⁹ cordiũ. tũc enĩ liber con
scientie erit apert⁹ in q̃ leget memoria quic
quid cogitauit: dixit et fecit: nec solũ de se
ipso sed de omnib⁹ etiã sibi subiectis r cõmis
sis. Oportebit enĩ quẽlibet patrẽfamilias
rationẽ facere. sil'r matrẽfamilias de omi
bus sibi subiectis r cõmissis. Vñ Augus.
in quadã epistola ad quendã comitẽ dicit
Queso mi frater q̃so omnib⁹ tibi subiectis r
bone voluntat⁹ in domo tua a maiore vs
q̃ ad minorẽ amorẽ et dulcedinẽ regni ce
lestis: amaritudinẽ et timorez gehenne an
nuncies: et de eorũ salute sollicit⁹ ac vigil
existas. q̃ pro omnib⁹ tibi subiectis q̃ in do
mo tua sunt rationẽ dño reddes. r subdit.
annuncia. ꝓcipe. impera. suade eis vt caue
ant sibi a superbia. q̃ est radix omniũ malo
rũ. a detractiõe. ab ebrietate. a fornicatiõe.
a luxuria. ab ira. a periurio a cupiditate.
Hec ille. Ecce q̃ stricte reddituri sunt ra
tionẽ de familia sua q̃ eam a cultu diuino
retrahũt. et maxime a verbo dei vbi cape
re deberẽt quõ peccat⁹ resistãt: r aniar⁹ sua
rum salutẽ ꝓcurẽt. nec est illis excusatio ra
tional': dicentib⁹. q̃ mane oportet aliq̃s ꝓ
custodia dom⁹ remanere. nã et si necessitat⁹
requireret hoc: tamẽ facto prandio possent
visitare sermonez in eccl̃ia parochiali. Si
ergo paterfamilias tam stricte reddituru⁹
est rationẽ de familia r incolis domus sue
quantã tũc obligãtur reddere rationẽ pre
lati et plebani de ouib⁹ sibi cõmissis. r qui
libet princeps. comes. baro. prefectus. iu
dex. officialis et magister ciuiũ de sibi cõ
missis in pace et caritate sine aggrauami
ne vt status eorũ requirit cõseruanda. r si
gnanter q̃liter defenderũt viduas. pupil
los et orphanos. et sic de alijs. Vnde dici
tur Sapie. vj. Judiciũ durissimũ fiet his
qui presunt vicz secularib⁹ et spiritualib⁹.

ꝛ sequit̄.potentes potēter tormēta patient̄

F Tercīū verbū est amari doloris cū dixit.iam enī nō poteris villicare.in morte enī villic⁹ deponet̄ ab officio suo.omia enī tunc auferent̄ ita vt nec amplius possent mereri. Ideo dicit Eccles.ix. Quicq̄d potest man⁹ tua instāter opare. qꝛ necop⁹ nec ratio nec sciētia nec sapiētia erūt apud inferos quo tu ꝓperas. nā post mortē erit tantū tempus recipiēdi mercedē ꝛ nō amplius merendi vl̄ penitendi.magnus ergo est dolor aīe qñ appropinquāte hora mortis audit sibi dicere q⁹ villicare vlterius nō poterit. Nā si esset possibile totū mūdū daret q⁹ sibi spaciū vnius horē cōcederetur quo peniteret ꝛ aliq̄d boni ageret:sed non dabit̄ sibi.qꝛ temp⁹ illud est temp⁹ reddendē ratiōis ꝛ nō exercende villicatiōis. Audiam⁹ ergo hec tria verba seueri iudic⁹ videlicet. Quid h audio de te Redde ratiōē villicatiōis tue. et Jā nō poteris amplius villicare.ꝛ ante iudiciū placem⁹ iudicē vt nō peream⁹. Ideo dicit Hiere.xxij. Terra terra terra audi sermonē meū.dicit ter terra.q̄si diceret.audi primū verbū.audi secundū.audi terciū vt supra. De hoc audite exemplū de villico dissipante bona dñi sui. Erat abbas quidā q̄ bona monasterij dissipauerat multis vltra h peccat⁹ onerat⁹.ad quē in infirmitate cōstitutus extrema venit iuuenis quidā in vestib⁹ albis dicens. Vitis parat⁹ dñe abbas die tercia venire ad dominū meū redditur⁹ rationē vniuerse vite vestre. Quē ille interrogans. q̄s est domin⁹ tuus ad cui⁹ me citas iudiciū.at ille ipe inquit dñs meus est qui fecit celū et terrā ꝛ omia que in eis sunt. q̄b⁹ auditis abbas ille cōticuit:vertitq⁹ faciē suaꝛ ad parietē ante flens ꝛ gemēs. quē dū aīci ꝯsolarent̄ qꝛ esset spes a medicis salut⁹ ꝛ sanitatis:causaq⁹ tristicie p̄rentes nihil loquebat̄.tandē vero importunis deuict⁹ p̄cibus ait.ad dei iudiciū etiā visibiliter vocatus sum die tercia:et mihi dicitis quare tristaris.horā tamē⁹ vero amicis ad penitētiā respōdit temp⁹ nō esse agende penitentie sed reddēde ratiōis.eo igit̄ dissimulāte penitere die tercia prior iuuenis venit dicens.venite inq̄t dñe abbas ꝛ eam⁹ ad dei iudiciū.surrexit ille de lectulo ꝛ mēbris infirmis sequebat̄ angelū.cū⁹q̄ ad mediū domus venisset nō se tenens p̄ debilitate cecidit retrorsum.ꝛ fractis cerebrib⁹ emisit spiritū.q̄ statim rapt⁹ ad dei iudiciū est. Unde dicit August.in sermone de Innocentib⁹. Hac quippe animaduersiōe pcuti⁹ peccator vt moriens obliuiscat sui.qui dū viuens oblit⁹ est dei.que verba cuilibet peccatori medullit⁹ corde imprimēda sunt.ergo dū temp⁹ habemus operemur bonū.veniet enī temp⁹ qū nemo operari potest. Ecce q⁹ grauem rationē exigit de⁹ a nobis ꝛ maxime a viris spiritualib⁹:et singularissime a prelatis et curat⁹. Videant etiā illi qui sine necessitate ꝛ q̄nq⁹ sine dispensatiōe sufficienti habēt pluralitatē beneficiorū quō dissipant bona ecclīastica ꝛ male illa dispensant.ꝛ dixi.q̄nq⁹ sine dispensatiōe sufficienti.habent enī aliq̄ ficta ꝛ nō verā dispensationē ꝓpter falsam narrationē allegātes causas q̄ nulle sunt vel insufficientes. H

O quantū est dolendū ꝛ q̄tidie nob⁹ deflendū o mīb⁹ q⁹ ad tam districtam obligamur rationē deo:ꝛ nullus vel paucissimi h corde percipiūt. viuim⁹ ac si nō sit quis q̄ nos p delictis nostris habeat punire.cum tamē vita nostra teste ap̄lo Jacobo in canonica sua.iiij.sit q̄si vapor ad modicū parens ꝛ deinceps extermīabit̄.p eo vt dicatis si domin⁹ voluerit et si vixerim⁹ faciemus hoc aut illud. vbi dicit glosa interliniaris. Hec omia dico vobis p eo vt vos spe longioris vite nō ꝓmittatis vobis lucra futuri tempor⁹.et sic subito deficientes omia relinq̄tis. Sed diceret q⁹. tu dixisti de villico malo vocato ꝛ citato ad rationē faciendā.quis tamē accusat hoīem villicum? Rñdet̄ q⁹ q̄ttuor accusant villicū siue hoīem peccatorē. vicz ꝓpria cōscientia.magnitudo culparū.merces retenta laborū.clamor oppressorū. Primo ꝓpria ꝯscientia. fm illud ad Roma.ij. Testimoniū reddente cōscientia. de quo dicit Jsido. de sūmo bono. Omia potest homo fugere p̄ter corsuum.nā quocūq⁹ homo vadit:cōscientia eum nō derelinquit.ꝛ Grego. dicit. vtinaꝛ sic vixissem vt in me ꝓpriā cōscientiā accusatricem nō haberē. De scdo sc̄z magnitudine culparū vt peccato ꝓpria naturaꝛ.homicidio rē. Genes.xviij. Clamor sodomorū et gomorreorū multiplicat⁹ est rē. ꝓpter hoc enim peccatū dicit Augustin⁹ de⁹ dis

tulit incarnari multis annis. ꝓpter hoc etiã peccatũ deus pestes tempestates inducit. hoc peccatũ clamat in celuz ꝑ vindicta sic̃ et homicidiuz. Genes. iiij. Vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. Idez de tercio de mercede laborũ. et de q̃rto de oppressis. Unde ysus. Clamitat. i. frequẽter clamat in celũ vox sanguis. vox zodomorũ. vox oppressoꝝ. merces detenta laborũ. Ideo dicit ꝓpheta in ps. Propter miseriam inopũ z gemitũ pauperũ nũc exurgam dicit dñs. O deus oĩpotes q̃ felix esset ille q̃ in tali accusatiõe z reddenda ratione haberet aduocatã potentissimã z misericordissimã ygine mariã vtiq; saluꝰ staret ĩ iudicio particulari z vniuersali.

Circa scõaz partẽ videlicz de astutia villici diceret ꝙs. quare filij huius seculi sunt prudentiores siue astutiores in tempalibz et carnalibz q̃s filij lucis in spũalibꝰ Respõdeo q̃ illiꝰ est duplex ratio. Una ꝓpter corruptionẽ humane nature ꝑ quã proniores ẽ factꝰ homo ad mala q̃s ad bona. ꝟm illud Gen. esis. viij. Sensus z cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescẽtia sua. Alia ratio. qz bona terrena sunt sensibilia. z ideo fortiꝰ mouent animũ. q̃a bonum nõ mouet nisi cognitũ. Unñ August. Inuisa diligere possumꝰ: incognita neq̃q̃. sensibilia autẽ bona magis sunt nob cognita. qz per experientiã sensus. spũalia vero nõ sic: sed solũ ex fide. saltẽ ea que subsũt fidei. et ideo filij huiꝰ seculi. id est amatores mũdi prudentiores filijs lucis id est iustis in generatiõe sua sunt. id est astutiores sũt in his que ptinẽt ad carnalia z mũdana facta q̃s iusti in his q̃ spectant ad dei honorẽ Videmꝰ enĩ q̃s multa filij huiꝰ seculi excogitant ingenia ad acquirendũ diuitias. et q̃s sollicite sunt ad nutriendũ carnẽ zc̃. z raro iusti sunt ita sollicite ad acquirẽduz celestia bona. z multo attẽtiores sunt multi ad ornandũ se vt placeãt mũdo q̃s iusti vt placeant deo. z sic de alijs. Cuiꝰ exemplũ habemus in sctõ patre. q̃ visa muliere peccatrice magno studio et diligentissime ornata flendo dixit. O dñe deus ignosce mihi. qz nunq̃s tantã diligentiã adhibui ad seruiendũ tibi z vt tibi placerẽ q̃ntaz hec mulier adhibuit ad placẽdũ mũdo. acsi diceret. nunq̃s tantã feci diligentiã ad lucrãdũ aniãs quãtã hec mulier ad pdendũ aniãs zc̃. Dubitat ꝙsequẽter quare diuitie dicunt mãmone iniq̃tatis. z an solũ diuitie male acq̃site. Ad hanc dubitationem siue questionem rñdet Augꝰ. xxj. de ciuitate dei ca. xxvij. dicẽs. q̃ nõ solũ dicunt diuitie iniq̃tatis q̃ iniuste acq̃site sunt. qz de illis nõ iubet dñs fieri elemosynã. si saltez scitur ad quẽ ptinẽt. ꝟm illud Ecci. xxxiiij. Qui offert sacrificiũ ex substãtia pauperũ q̃si qui victimat filiũ ĩ ꝙspectu patris. sed ꝟm eũ mãmona iniquitatis dicunt diuitie vndecũq; habeant. q̃ si male z iniuste acq̃site sunt faciẽda est de eis amicicia restituendo eas. nõ ecclias ꝙstruendo. hospitale erigendo vel ꝑ cultu diuio aliq̃d fundando aut paupibz erogando. dũmodo saltez scitur q̃bus debeant. Si vero diuitie non sunt male acq̃site adhuc dicunt mãmona iniq̃tatis ꝟm August. multiplici rõne vicz. Primo qz nõ sunt vere sed false diuitie. plene pauptate. nõ enĩ satiant hoiem nec securũ eũ faciũt sed deserunt habentem eas in transitu periculoso vicz in morte. si enĩ sciuiter aut cliens q̃ associat dñm suũ in delicijs: cõuiuijs zc̃. in piculoso transitu deserit dñm suũ. nunq̃d diceret. vos q̃ eẽt sciuiter iniquus vel iniq̃tatis. ita de diuitijs. Scõo diuitie dicunt mãmona iniq̃tatis causatiue. eo q̃ impij ꝙstituũt spem in eis. ꝟm illud ps. Confidũt in virtute sua z ĩ multitudine diuitiaꝝ suaꝝ. gloriant. et ꝟm Ambro. Quia temptãt aias nostras cupiditate vt velimꝰ seruire auaricie que ẽ idolorũ seruitꝰ. Tercio ꝟm Basiliũ. qz vt plurimũ acquirunt inique. aut a pdecessoribz inique acq̃site sunt. Etiã qz vt plurimum inique retinẽtur. magna est enĩ iniq̃tas retinere vnde viuere deberẽt pauperes. Quarto qz frequẽter male expendunt in comesationibz. luxurijs z mũdi vanitatibz. superbia zc̃. Quito diuitie dicunt mãmona iniq̃tatis effectiue. qz ꝑ diuitias cõmittunt multa iniqua. Seuissima est enĩ iusticia hñs arma. ꝓmo Politicoꝝ. et aias habentium eas faciunt iniquas. vt eas semper amplius desiderẽt. Etiam ideo dicunt mãmona iniq̃tatis. i. ineq̃litatis. qz ineq̃liter possidẽtur. Est etiã notanduz hic q̃ dñs dicendo hanc parabolam. nõ vult ꝑ hoc cõmẽdare villicuz iniq̃tatis de sua astutia: sed vult

per ꝟ nobis dare intelligere q̄ si homies i temporalib⁹ rebus sint ita sollicīti ⁊ astuti, multo magꝭ ꝑ eternis: ꝑpetuis atq; sine fine mansuris debēt sibi facere amicos p ele mosynas de māmona iniq̄tatis, i. que ducit ad iniquitatē, nō de male q̄sitis siue rebus alienis iniuste retētis, vbi scitur q̄bus vere restitui debēt ⁊c. ℟ Vult g̃ finaliter saluator p totā parabolā hui⁹ euāgelij nos inducere ad opa miscōie distribuendo elemosynas paupibus vt eoꝝ suffragijs ⁊ meritis cū defecerim⁹ ex meritis nr̄is ꝑcipiam⁹ eterna tabernacla. Et bene dicit cū defecerit scz ꝑ mortē. Cū enī homo moritur deficit vita, deficit mūdus, deficiunt amici ⁊ ꝓsanguinei, deficiunt opes, deficit possibilitas ad opandū bene. videat ergo q̄libet hic dū viuit vt donis elemosynarū acq̄rat amicos in alia vita: alias esset male recept⁹. Unō Grego. in Omelia. Si nos pauperū amicicijs eterna tabernacla acq̄rimus q̄re nō egenis dona largimur. dantes pensare debem⁹, q; patronis pot⁹ munera offerimus q̄s egenis dona largimur. Itē Cadus est mēsura siue amphora cōtinens q̄nq; vnas. Chorus aūt est mēsura cōtinens decē modios. Modius autē fm Huguitionē ⁊ rabanū de vniuerso ꝓtinet xxij. sextarios, ⁊ sic chorus est mēsura q̄ntū camelus portare pōt, fm Huguitionem ⁊ Rabanū. ℣ Dubitat finaliter circa ꝟ euangelīū, exq̄ finaliter saluator in ꝟ euangelio iuxta thema nos vocat ad reddēdā rationē de obmissis ⁊ cōmissis. De quib⁹ tñ homo specialit est reddit⁹ deo rōnez. Rñdet q̄ de q̄ttuor ꝓncipaliter, de anīa et donis fm aniam nob a deo datis: ⁊ p hoc de omissis ⁊ cōmissis, de corpe. per hoc de gula: luxuria: ornatu supbor⁹, de statu suo spūali ⁊ seculari, de primis subiect⁹ ⁊ alijs ꝓximo q̄libet homo obligat deo rationez facere de anīa sua a deo sibi data ⁊ cōmissa. cui⁹ dignitatē sivere homo cognosceret ⁊ ꝑpenderet nō solum miraret de tāta dei bonitate sic aniam dignificandi. sed ⁊ miraret valde q̄ hō posset aliq̄d deo ꝓtrariū facere. ℣ Aut̄ deus de anīa exigat rationē, ptz, q; ipam ad imaginē suā fecit. Genesis, j. Faciam⁹ hoiem ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. Ecce dicit nostrā. id est patris et filij et spūssancti, nō dicit ad imaginem angelorū. Quid enī maius homini de⁹ facere potuit q̄s q̄ et ipe homo fact⁹ est: et in mortem ꝑ anīa se dedit. ℣ quāta dilectio dei ad aniam, si non tante nobilitatis esset anīa cur de⁹ hoc fecisset. Ideo p̄cipit homini Deutero. iij. Custodi te et animā tuam sollicite. Si enī rex vel princeps filiaz suam dilectā quam disposuit in regno suo facere reginā alicui subditorū cōmitteret ⁊ ille male eam custodiret, q̄s dubitat quin rex ab eo strictissimā exigeret rōnez. Quid ergo faciet rex celorū qui filiā suam, i. animam homis ad custodiendū homini tradidit, nōne magnā ab eo exactur⁹ est rationem si illā tam dignā peccatis maculauit et deturpauit. Sed heu nos miseri peccatores nihil vilius reputam⁹ q̄s animā, nihil enī malī homo habere vult, si ab eo q̄ritur, vis habere malā tunicā, malū pallū malā caligam, ⁊ sic de alijs Rñdet nō, ⁊ tamen vult habere malā animā. Unde Aug⁹, in quodaz sermone dicit. Quid est qō vis habere maluz, mihi dices, nihil oīno, non vxorē, nō filium, nō filiā, nō seruū, non ancillam, nō tunicā, postremo nō caligam, et tu vis habere vitā malā siue aniam malā. rogo te ꝓpone animā tuā calige tue. Ecce nihil vult habere malū nisi aiam, q̄ tñ ē nobilissima ⁊ dignissima, tanta est eī aie dignitas q̄ dicit Aug⁹, maius damnū est ī amissione vni⁹ anīe q̄s mille corpoꝝ, ac si diceret, maius damnū est si vna anīa damnat̄ q̄s si mille homies pderent p mortē, etiam quacūq; morte quoꝝ anīe saluarentur, et Bernard⁹ in libro meditationū dicit. Totus iste mūdus ad vni⁹ anīe preciū estimari nō potest. Quod et saluator bene ostendit Math. xvj. dicens. Quid ꝑdest homini si vniuersum mundū lucrarē, anīe vero sue detrimentū patiatur, aut quam dabit homo cōmutationem ꝓ anima sua, quasi diceret, nullā. quia nihil habz in mūdo quod sibi cōparari potest. Anīa enī pciosior est toto mundo, ⁊ ergo nulla re potest cōmutari vel redimi nisi per ꝓpriaz penitentiā, merito passiōis christi, quid ergo ꝑdest homini si vniuersum mūdum lucrarē ⁊c. Quid ꝑfuit alexandro magno q̄ ad temp⁹ hic floruit ⁊ postea ad infernum descēdit, quē heu multi sequūt reges ⁊ ꝓncipes, comites ⁊ alij fideles ⁊ infideles, q̄d

omnib⁹ illis prodest hic ad voluptatē ⁊ in honoribꝫ viuere et animas suas pdere, certe nihil: sed obest. Refert Valeri⁹ maximus de vno q̄ ita fortunatus fuit ꝙ nullū vnq̄ infortuniū habuit: nec sibi accidit, qui seꝝ trāsiens ad mare, piecit anulū dicens, videbo si potero amittere eū, tandē iuit ad fontē emendo piscē in q̄ inuenit anulū suuz. et postea subito mortu⁹ est. Ecce q̄d oīs fortuna tot⁹ vite sue sibi pfuit. Itez quid pdest corpori tuo si esset infirmuz, si aliquis diadema graue imponeret sup caput tuuz indubie reclamares dicēdo. noli noli, si esses san⁹ ⁊c. Ideo dicit Chrysostomus sup dicto verbo xpi, Quid pdest homī si vniuersum mūdū lucrarer ⁊c. quā cōmutationē dabit hō ꝓ aīa sua, aliā n̄ habes aīam quaz possis ꝓ anīa tua dare. Nā pecuniaz q̄ amisit aliaz ꝓ amissa pōt offerre, silr q̄ edes, q̄ seruos q̄ cetera hmōi amisit, anīam vero si pdis: aliā ꝓ illa nunq̄ dare poteris, sed si rex orbis l'dn̄s esses, si omia q̄ in orbe sunt et ipm orbem offerres: nō poterꝫ aīam emere vnā, ⁊ subiūgit. Hō est autē mirū si hoc in anīa ita sit cū et in corpe silia pspicere licet, nā si natura debile corpus habes non poterꝫ si mille alia corpa. mille vrbes, mille regna, infinitā pecuniā impēderes a debilitate illud vendicare, multo magis hec de anīa cogita. ⁊ ceterꝫ oīmib⁹ neglectꝫ omnē curā, omē studiū, oēz operā tuā ad ipaz cōferas. Hec Chrysostom⁹ vbi sup̄. Ecce quāta ratio erit exigēda de anīa ⁊ nō soluz ꝓpter suā dignitatē: sed etiā ꝓpter innumera dona a deo sibi collata. vicz de ingenio ⁊ sapiētia, de ꝓtutib⁹ theologicꝫ ⁊ moralib⁹ siue cardinalib⁹ virtutib⁹, de baptismo pcepto ⁊ alīs sacramētis, de totz tā multiplici peccatorū remissiōe ꝙ detestatō nē, de cōmissis ī cogitatōne aut volūtate, locutione et opatione. de obmissis illis ad q̄ ex diuīo pcepto tenebarꝫ, qō cognoscere poterꝫ discurrēdo dei pcepta. Diligenter ergo vigilare debes ⁊ ꝓscientiā tuā examiare vt in ratione reddēda iust⁹ inueniarꝫ. Sm illud Ecclesiastici, viij. Ante iudiciuz interroga teipm: ⁊ in ꝓspectu dei inuenies ꝓpiciatoez.

Scōdo hō teneꝫ deo facere rōnez de corpe suo quō illud pauisti, si in cibo et potu excessisti, s. ꝙ gulam, ebrietatē, luxuriam: illud defedasti ⁊ maculasti. Haz Prouerb̄, xix, dicit. Qui seruū suū nimis delicate nutrit: postea sentiet eū cōtumacem. Et Bern̄, dicit, Bonū castruz custodit q̄ corpus suū custodit. Exigeꝫ ergo ratio de custodia hui⁹ castri, si inimici dn̄i, id est vicia ⁊ voluptates sint ibi recepti, et amici id est opera bona ⁊ ꝓtutes turpiter effugati, si in supbia illud ornādo diabolū introduxisti, ⁊ diabolus sit ibi recept⁹ ⁊ xp̄s turpiter effugat⁹ siue repulsus, si illud in opib⁹ misericordie occupauerim⁹, si aliq̄n illud castigauerim⁹ ipm cohibendo a lasciuis ⁊ immūdicijs, ⁊ sic de alīs. Rationē etiaz de ꝫ facere cogemur, q̄liter dona dei corpi nostro data exercuerim⁹ naturalia, vicz fortitudinem, pulchritudinē, sanitatē ⁊c, vt patet supra B. L. H Tercio obligaꝫ q̄libet homo deo reddere rationem de statu suo spirituali aut seculari ꝓmo de spūalibus vicz de ꝓlatis q̄libet rationē daturus est de ingressu, pgressu ⁊ congressu. De ingressu quō intrasti an simoniace vl' canonice. De pgressu quō vixisti, vt sup̄ de abbate F. De cōgressu q̄liter rexisti p te vel p alios. O q̄z dura ratio illa erit ꝓlatis et curatis. Scōdo de regib⁹ ⁊ ꝓncipib⁹ ad idez. videant quā faciant rationez de oīmib⁹ ad se ptinentib⁹, quō ministrauerāt iusticiam an grauia onera ⁊ iniusta sine ratiōez ex sola volūtate sibi subiectꝫ spūalib⁹ ⁊ secularibus imposuerint. nō diceꝫ tūc in ratiōe facienda, sufficit ꝙ rōne volūtas, sed oportet vt cōcurrat iusticia et equitas. Ita simili⁹ dicēdū ē de oīmib⁹ hic in potestate ꝓstitutꝫ comitibus, baronib⁹ et ceteris nobilibus. capitaneis, prefectis, iudicib⁹. cōsulibus, ⁊ sic de alīs. Tercio ratio erit exigenda non modica de mercatorib⁹ emptione et venditione. Unde Prouerbioz, xx, dicit, Malum est malū est dicit omis emptor. ⁊ cum recesserit tunc gloriabit. Redde g̃ tu mercator rationē villicationis tue si cari⁹ vendidisti ꝓpter temporis dilationē, qz est vsura, extra de vsuris, ca. in ciuitate. Nisi aliās nequaq̄z vendidisses. sed expectasses vsq̄z ad temp⁹ solutionis: et tamē dubius esses si tempore solutiōis esset tanti valoris vt ibidem in glosa. Redde etiam rationez si proximū decepisti in pondere, in mēsura in numero vel mala moneta. vel q̄ tunc cōmuniter nō recipiebaꝫ. De mēsura habeꝫ

extra de emptio. et venditio. vt mensure. Redde rationez si in festiuitatibꝫ emisti et vendidisti. ⁊ signāter de die dñica ⁊ maioribꝫ festiuitatibꝫ. qz prohibituz est extra de ferijs. Omēs dies dñicos. vbi dicit omēs dies dominicos seruare vt non fiat in eis mercatū. ⁊ ca. se. ⁊ de cōsecra. dist. iij. ieiunia. Die dñica nihil aliud est agenduz nisi deo vacandū. nā tales emptores ⁊ venditores q̄ violant festū diei dominice peccāt in patrē filiū et spiritū sanctū. In patrē cuius potētia mūdus isto die creatus est. In filiū cuius sapiētia mūdus redemptus est. ⁊ illo die resurrexit a mortuis. In spiritū sanctū. q̄ tali die mūdo missus est. scz i die penthecosten. ⁊ p cōsequens tales sunt ingrati creatori redēptori ⁊ cōsolatori. Quarto ratio singulariter exigeť a cōiugatis. q̄bus dicet et cuilibet taliū. quō contraxisti. quomō in cōiugio vixisti. que ad matrimoniū ptinent quomodo exhibuisti. an limites matrimonij excessisti. debitū vt debuisti et nō aliter petisti. an ⁊ semp vt debuisti debitū reddidisti. qualiť prolem docuisti ⁊ nutriuisti. qualiter familiā rexisti: et a malo pro tua possibilitate custodisti. et sic de alijs. Quinto rationez reddituri sunt mechanici. si fideliter vt debuerūt artem suaz sint operati. ⁊ si nō res corruptas vl̄ defectuosas admiscuerūt. ⁊ an aliquā fraudez admiserūt. Ita similiter de rusticis. an fideliter laborē suū impleuerūt. an primo fraudulenter partē agri. prati. vinee. ⁊ sic ꝺ alijs sibi vsurpauerunt. an decimam sicut ex diuino precepto obligant fideliter persolueruntz ⁊ si forte incantatiōibꝫ. superstitionibꝫ ⁊ ceteris malis se occupauerūt. ⁊ ita generaliter de omnibꝫ p̄missis ratio reddenda erit. vtinā ppenderēt nobiles maiores ⁊ minores ⁊ multi clientes imo ⁊ ciues ⁊ generaliter omēs alij q̄ntū deus offendit p superstitiones mltipliciter in ỹbis suspensiōibꝫ ⁊ alijs modis inuer. ⁊ signāt i sexu mliebri. q̄ leues et pne sunt ad talia. Quarto pncipaliter q̄libet homo vtens rōne rationē redditur⁹ est de primis suis. parētes de filijs. sibi subiectis. incolis dom⁹. Unde sicut habet p̄mi Reg. iiij. ca. Hely sacerdos nō legit p alijs peccaz dānat⁹: nisi qz filios suos q̄s nouit indigne agere ⁊ multa peccata cumulare circa ostiū tabernaculi. qz erant luxuriosi ⁊c. vt ptz p̄mi Regū. ij q̄uis eos argueret verbo dicēs Filij non bonā rem facitis. nō est bona fama quam audio. Si peccauerit vir in viruz. placari potest ei de⁹. si autē in deū peccauerit quis orabit p eo. sed non arguit atq̄ correxit vt debuit. ⁊ ideo filij eius occisi fuerūt in prelio. Et Hely pater mortu⁹ est subito corruens in terrā de sella. p̄mi Regū. iiij. Refert etiā Gregori⁹. iij. dyalogoz de quodā puero quinquēnio in sinu patris blasphemāte quō a demonibꝫ fuit occisus ⁊ eternaliter dānatus. Sed heu nūc inuenīm nī parentes q̄ ridēt cū audiūt pueros suos maledicentes vel p deū: virginē mariā aut sanctos mala imp̄cantes aut optātes. ⁊ si aliq̄n dicūt. Ey. q̄d facis. nō sic loq̄ris ⁊c. sed nō sufficit. qz virga discipline illos corrigere deberet. ne illis tandē vt Hely sacerdoti malū aduenīret dānatiōis eterne. Uide ant similiť omēs familiā habētes. nobiles ⁊ alij quō inuigilent sup illis. q̄liter rōnez tandē deo reddēt. sicut Aug. docuit comitem in epistola vna de omnibꝫ subiectz i domo sua curaz habere. vt ptz supza E. O q̄s durā reddituri sunt ratōnē de sibi subiectz prelati ⁊ curati. q̄ si ppenderēt toto corde contremiscerēt. Quid dicā de lusoribꝫ et alijs omnibꝫ in ocio viuentibꝫ. quā illi reddēt deo rationē. est illis nūc iocus talia audire Sed vere mihi credite citius veniet hora redditure ratiōs q̄s sperabant. nulla tūc illis erit excusatio. nulla aduocatio sanctoz nō marie ỹginis: p cui⁹ nomē sepe iurauerunt ⁊ mala optauerūt. et nec festiuitatibꝫ maximis filij sui ⁊ suis pepercerūt. quō se excusabūt nō impediētes q̄ hoc facere possent ⁊ tenent. si iam surda aure ptranseunt ac si nō sit q̄ eos corrigere possit aut valeat

Sed ne forte dicerēt aliq̄. tu semp loqueris de grauitate peccatoz laicoruz ⁊ dānatorū eoz. ⁊ nō dicis de vita mala sacerdotū. Possem illis rndere ia me dixisse de Hely sacerdote. ⁊ supza de abbate ad rationē reddendā p angelū vocato. Attamē dicam adhuc vnuz exemplū quod scribit Cesarius de quodā plebano male vite. dicit enim sententialiter. Erat in quadā villa sacerdos male vite luxurie ⁊ comesationibus vacans: aiaſq̄ sibi cōmissas negligēs q̄ cū mortuus fuisset parochiani sub eo de

functi satis cõprehensis in locꝫ infernalibus illũ artare ceperũt ⁊ dicere, tibi cõmissi fuim⁹, tu nos neglexisti, et cũ peccarem⁹ neqꝫ verbo neqꝫ exemplo nos reuocasti, tu occasio nr̃e dãnatiõis fuisti, quẽ cũ agitarent lapides post eũ mittẽdo: ille in puteuꝫ cadens nusqꝫ cõparuit. Hec cuidã religioso deuoto de illo sunt ostẽsa. Imprimam⁹ ergo cordibꝫ nostris q̃ dicta sunt: ⁊ diligentius hic rationẽ de peccatꝫ nostris duꝫ viuimus agamus pure de illis cõfitendo, vt tandẽ in examine finali stati post mortẽ: et similit̃ in iudicio vniuersali securi deo rationẽ facere possim⁹ ⁊ in eterna colligi tabernacula. Amen

¶ Dñica decima. ¶ Sermo LIX.

Videns iesus ciuitatem fleuit sup illã: dicens, si cognouisses ⁊ tu. Luce. xix. In p̃ma dñica audiuistꝫ quõ q̃libꝫ homo reddit⁹ est deo rationẽ de singulis actibus, ⁊ opibus interioribꝫ et exterioribꝫ, ⁊ q̃ necesse est vt hic faciat amicos q̃ sibi suffragent̃ in tali rõe in iudicio particulari ⁊ vniuersali q̃s nũc in hac vita acq̃rere põt per opa miscõie succurrendo pauperibꝫ. Hodie vero Lucas ꝓponit nob̃ fletũ saluatorꝫ nostri quẽ fecit sup ciuitatẽ hierusalẽ ⁊ in ea habitantes ꝓpter pctã eorꝫ ⁊ penas futuras iminẽtes que nõ ꝓpenderũt. p hoc nos volens inducere ad detestatõnẽ peccatoꝝ nostrorũ, ⁊ vt nõ solũ illa attendam⁹ que ante oculos nr̃os cõspicim⁹ ex q̃bus huius mũdi vanitates appetim⁹, sꝫ vt futura cordi nostro imprimam⁹ mala q̃ modo nõ sentimus, nã vt audistis de bis oĩbꝫ grauꝫ ⁊ strictissimã deo reddituri sum⁹ rationẽ, nec aliqꝫ se valet excusare q̃ hoc facere nõ possit, qr̃ vt dicit ap̃ls in hodierna ep̃la, j. ad Corinth̃, xij. dona diuersa ⁊ multiplicia nobis a deo sunt collata cuilibet q̃ntũ sibi necesse est ad salutẽ. Ideo dixi in themate. Videns iesus ciuitatẽ hierl̃m fleuit sup illam: dicẽs. Si cognouisses et tu, vbi supr̃. Pro gr̃a Aue maria. ¶ Videns iesus ciuitatẽ hierl̃m fleuit sup illã ⁊c̃, vbi supr̃. Dicaꝫ primo text⁹ euãgelij. Postea illius breuis intellectus. Et tercio dubia.

¶ Textus euãgelij.

D Sexto q luct⁹ imoderat⁹ mortuos in nullo iuuat: nec flet⁹ eos ad vitā poterit reuocare: nec p talē luctum a purgatorio liberare. Qō ostēdit exemplo dauid, ij. Reg. xij. Qui dū fili⁹ eius carissim⁹ ex bersabee infirmaret, fleuit z luxit z cibū nō capiebat. Sed postq; mortu⁹ fuit cessauit a fletu z luctu: z sumpsit cibū, z a ieiunio cessauit Et dū seruī sui interrogarent cur h̄ faceret, rñdit, ꝓpter infantē dū adhuc viueret ieiunaui z fleui. Quicebā enī, q̄s scit si forte donet eū mihi dñs z viuat. Nūc aūt quia mortu⁹ est, q̄re ieiuno, nunq̄d potero reuocare eū ampli⁹? Ego vadā mag; ad eū, ille vero nō reuertet ad me. Septimo q luctus irrōnabil' mortuis nocet. Juxta illud Eccī. xxx. Repelle tristiciā a te: neq; enī est ꝙuersio z huic nō ꝓderit z teipm pessimabis, dū ei a tanta tristicia absorbet animū nō habet liberū ad orādū, p illo, p q̄ luget. Illi⁹ exemplū refert Apiari⁹ in li. apuz capuj. Mater q̄dā filiū habuit ꝓmogenituz ꝑtuosum, q̄ mortuo mr incōsolabilit doluit, z apparuerūt mri iuuenes vt visum est ei ingēti gaudio gradientes Cūq; inter illos filiū suū lento gradu seq̄ntez cognouit. Cui mr cū graui clamore dixit, Et q̄d est fili mi q̄ solus z nō cū aliis graderis retardat⁹, cui ille in toga laterali magnū aq̄ pond⁹ ostendens, Ecce inq̄t mr lachrymę q̄s p me inaniter fudisti, q̄ꝑ pondere ab alioꝝ psecutione retardor. Ad deū g lachrymas cōmutabis: z in pūtia sacri corpis xp̄i cū elemosynis pauperꝝ, p me corpiū z deuotū effundas, z tūc liberabor ab incōmodo q̄ nunc ꝑmor. J Octauo nō debēt plangi excessiue mortui. q amici nos aliqtiens impediūt a ꝑtute z via salutis, nā cor nostꝝ ad mundū alliciūt ad generandū sollicitudinē ad statū eoꝝ, z ad mīn⁹ obediendū deo in ꝓsilijs suis. Unū Aug⁹, sup Heñ. Sepe offendit de⁹ ne offendat amic⁹, z iō dispēsatione diuīa plurimū ꝓtingit vt amici q̄s carnalit diligim⁹ q̄ten⁹ affectus nr̄os liberius in deuz z integrali⁹ extendam⁹ de⁹ a nob subtrahit. Ad h̄ fac q heremita vidit angelū boni viri submergi. Nono q quē mō vides mortuū alias videbis viuū, j. ad Thes. iij. Nolum⁹ vos ignorare de dormientibꝫ vt nō cōtristemini sicut z ceteri q̄ spem nō h̄nt. Unū Amb. li. iij. de morte fratris sui. Cessabūt ínq̄t lachrymę mee q dz aliq̄d infidos z pfidos interesse, fleant suos q̄ cos in ꝑpetuū existimāt interesse qui spem resurrectōis nō h̄nt, nob vero econuerso. q mori nō nature sz hui⁹ vite finis ē q ipa natura melī⁹ reparat p mortē, mortis igit casus oēs abstergit fletus. Decimo q si viuēs fuit tibi grat⁹, gratior iā erit saluat⁹, ita docet Aug⁹. in li. ꝙfes. de Nebridio amico suo defuncto. Nā si hic car⁹ z fidelis tibi fuit: millesies tibi carior erit in celo. Et si h̄ vtilis tibi fuit: millesies vtilior tibi erit in celo. q oīa merita tecū cōdiuidet Unū Ansel. de beatꝫ. vnusq̄sq; intantū gaudet de alteri⁹ merito inq̄ntuz de suo ꝓprio. His g decē rōibꝫ ꝓsideratꝫ z pensatꝫ. debemus p mortuis excessuz doloris mitigare. cū amicos nr̄os a nob subtrahi morīēdo videm⁹, nō enī recedūt sed p̄cedūt. Unde Eccī. xij. dr. Hodicuz ploza sup mortuo, qñ req̄escit a laboribꝫ suis, s. miserijs hui⁹ vite. Et Apoc. iij. dr. Ammodo iā dic spiritus vt req̄escāt a laboribꝫ suis. Iste decem rōnes q nō sit excessiue lugēdū p mortuis tangunt in his ꝑsibꝫ. His bis q̄nq; tibi q̄ mortē plangꝫ amici. Densurā statuant et gaudia leta reducāt. Vult de⁹ z suū est lex liberat oīa noscens. Nec iuuat imo nocet obstabit surgit amabit. Tercio ꝓncipalit sunt aliq̄ amici q̄ lugēt sagaciter z caritatiue siue naturalit z ex pia deuotōe. Nimis enī irasci in recessu amici ingtitudinis signū est. nimis ꝙ tristari desperationē arguit a ie recedentꝫ. Sūt aūt tres cause q̄re ꝙdolere debem⁹ morientibꝫ bōis virꝫ. Prio q pauci sūt bōi viri ī eccīa dei militāte, sic de btō Aug. legit q̄ q̄tiēs de morte alicui⁹ boni sacerdotꝫ audiuit: doluit. Nō q ō statu illi⁹ timeret, sed q paucos tales in eccl̄sia relinq̄ret. Secōo q forte aliq̄ purgāda

secū deferūt q̄ in pñti totaliter nō impleue runt. Et hec pena est valde grauis et magna. Vñ Aug⁹. in libro de pnīa dicit Ignis purgatorij ⁊ si nō sit etern⁹: míro tamē modo grauis est, excellit tñ oēm penā quā aliq̄s vnq̄ passus est in hac vita, licz mirabilia passi sint martyres tormēta. Et habē tur ẏba de pnīa di. viij. ca. fi. Ad hoc valz qō scribit Cyrillus ad Augustinū de tribꝫ mortuis resuscitatis p tactū alicuj sctī Hieronymi. Tercio ex ꝯsideratiōe naturalis miserie, q⁹ oportet nos ꝓpter pctā ꝓmi parentis putrefieri ⁊ incinerari. sicut fecit Thobias vbi supꝫ, sepeliendo mortuos ⁊ lugendo Eccēs. vij. Melius est ire ad domū luctus q̄m ad domū ꝯuiuij ⁊c vt supꝫ. A. Isto ergo tercio modo fleam⁹ mortē amicoꝝ et q̄ntū possum⁹ nr̄is suffragijs eos de penis purgatorij liberare studeam⁹. ℣ Dubitat q̄nto circa p̄missa. ex quo dictū est q⁹ p mortuū peccatoꝝ designet, ex q̄bus tamē similitudinibus hō i peccato mortali existens cōparat cozpaliter mortuo. Respondetur breuiter q⁹ oīa q̄ eueniunt cozpaliter mortuo illa etiā ꝓuingūt specialit mortali. Et ex ꝟ q̄libet in pctō mortali existēs dicit mortuus. De ꝟ aūt docto, singularit dant septez similitudines, vicz Sicut a cozpaliter moriente aīa sepat, sic a peccāte mortalit deus separat q̄ est vita aīe. Sicut a cozporaliter moriēte amicoꝝ turba alienat et turbat. sic oēs sancti ⁊ angeli ab aīa in peccatis moriēte alienāt ⁊ turbāt. Sicut moriens cozpe diuitijs denudat, sic moriēs in peccatis oīnibꝫ diuitijs meritoꝝ priuatur. Sicut cozpaliter mortu⁹ oīnibꝫ sensibꝫ p̄uatur, sic moriēs in peccat, fit insensibilis. Sicut mortu⁹ cozpalit de cetero nihil operat. sic q̄ moritur in pctō quicq̄ de genere bonoꝝ facit q̄ ad vitā eternā pdit. Sicut cozpaliter mortuū oīs creatura abominat sic q̄ morit in peccatis abominabilis ē deo angelis ⁊ hoībꝫ sanctis. Sicut cozpaliter mortu⁹ a vermibꝫ deuorat, sic etiaz pctōr a ꝓpria ꝓscia incessant rodit. ℣ Primo igit sicut a cozpalit moriente aīa separat, sic a criminalit moriēte de⁹ q̄ est vita aīe ab aīa separat. ſm illud Ysa. lix. Iniq̄tates vr̄e diuiserūt inter vos ⁊ deū. et Osee. ix. dicitur. Ue eis cum recessero ab eis. Illud ve clamabunt dānati in finali iudicio q̄ audiēt finalē sententiā illi⁹ sepatiōis Ite maledicti in ignē eternū Math. xxv. Hūq̄d clamabunt ve. ve. ve. Apoca. viij. Ue q̄ nati vnq̄ fuim⁹, ve nobis q⁹ verbū dei ꝓtēpsimus: ⁊ sibi nō obediuim⁹: neq̄ tanta mala nobis futura credim⁹. Ue nobis q⁹ ī eternū deū ⁊ sctōs ei⁹ nō videbim⁹: sed demonibꝫ ⁊ oīnibꝫ dānatis eternaliter associabimur ⁊c. Sc̄o a cozpaliter moriēte turba amicoꝝ alienat ⁊ turbat, sic oēs sctī ⁊ angeli ab anima in peccatis moriente alienātur pariť ⁊ turbant. ſm illud Job. xix. De reliquerūt me, ꝓpinqui mei, ⁊ q̄ me nouerāt obliti sunt mei, ⁊ ibidez. Frēs meos longe fecit a me. Et noti mei recesserūt a me. Itē Treñ. j. Omēs amici ei⁹ spreuerūt eā: et facti sunt ei inimici. q⁹ sancti dei ⁊ angeli sūt amici nr̄i dū sum⁹ sine pctō mortali, et fiūt inimici nr̄i p mortale pctm̄. Tercio moriens cozpaliter diuitijs denudat, sic moriens in peccat, oīnes diuitias meritoꝝ suorū pdit. Sicut enī q̄ hic diu diuitias ꝓgregauit, putans se diu victurū, sicut cuidam somniauit vt dicit Grego. in dyalogo subito mortu⁹ est: ⁊ oīa intacta alijs reliq̄t. ſm illud Luce, xij. Stulte hac nocte aīam tuā repetēt a te, ⁊ q̄ parasti cui⁹ erūt. Ita etiā q̄ diu bona opa sibi thesaurizauit ⁊mlta meruit existens in caritate, p vnū pctm̄ mortale oīnia pdit, ptz ex illo Ezech. xviij. Si auerterit se iust⁹ a iusticia sua ⁊ fecerit iniq̄tatē, nunq̄d viuet, ⁊ sequit. Omēs iusticie eius q̄s fecerat nō erūt in memoria. Item Treñ. j. Egressus est a filia syon oīs decoz eius, ⁊ Job. xvj. ca. ꝓquerit. Ego quondā opulent⁹ repente ꝓtrit⁹ sum. Est tñ differētia mortis crimialis ad mortē cozpalez, q⁹ moriens p pctm̄ si reuiuiscit p pniam omnia opa sua p pctm̄ pdita facit reuiuiscere ⁊ sibi meritoria esse. Sec⁹ est de cozpaliter moriente q̄ nō pōt ea recupare q̄ amisit vt supra de diuitijs ptz. Quarto moriēs cozporalit oīnibꝫ sensibꝫ priuat, sic q̄ morit ī peccatis fit insensibil. ita q⁹ nec sentit dei beneficia neq̄ ei⁹ supplicia, nō timet pñtia neq̄ futura pricula. Et sic q̄si insensibil volutat in pctis, ⁊ q̄si dormiēs nō aduertit q̄d nocere possit, quod clarius patet de luxuriosis. Si enī hec sentiret puta dei beneficia et inferni supplicia, presentia mala et futura, immo si sentiret bona que perdidit: et

mala q̄ peccādo meruit: sine mora vtiq; re
sileret. Jō bene scriptuz est de pctōre illud
Prouer. xxiij. Traxerūt me z ego nō sensi.
verberauerūt me et ego nō dolui. O q̄tiēs
deus pct ōrē trahit, imo ꝓberat p aduersi-
tates z tribulatiōes: z nō vult sentire. ſm il
lud Esa. xlviij. Nescierūt neq; intellexerūt.
obliti sunt ne videāt oculi eoz: z ne intelli-
gant in corde suo. Et sequit, nō recogitant
in mēte sua neq; sentiūt, ꝓpterea dñs super
pctōres nō cognoscētes neq; sentiētes pec
cata sua fleuit intrādo hierl'm i die palma-
rū videns ciuitatē, si cognouisses z tu, s. fle
res. Lu. xix. Quinto sicut moriēs corpaliť
de cetero nihil opať, sic q̄ moriť in peccato
q̄cūq; de genere bonoz opeꝝ facit nihil re
putanť q̄ntū ad regnū celoz: ac si non fue-
rint facta, ſm illud Esa. lix. Opa eoz inuti
lia: z opus iniq̄tatis in manibz eoz. Sex-
to sicut mortuū corpaliť oīs creatura abo-
minaťꝓpter horroꝛē z fetoꝛē, sic q̄ in pecca-
tis moriť abominabiľ est deoz oībz sctis su-
is, ſm illud ps. Virū sanguinū z dolosuz
abominabiť dñs, quem aūt dñs abominať:
erit p cōsequns abominabilis sctis suis. imo
oībz creaturis. Nā sicut rege aliq̄ offenso:
totū regnū insurgit in offensoꝛē, ita deo of
feso p pctōrē: omis creatura armabit se fi
naliter ad vltionez Sap. v. ¶ Se-
ptimo sicut corpaliť mortuꝰ a vermibz de-
uoraťꝰ sic pctōr a ꝓpria ꝓscia incessanť rodi
tur, ſm illud Esa. vlti. Vermis eoz nō mo
rieť: z ignis eoz nō extingueť. Pctm enim
blande ingrediť: sz in nouissimo mordebit
vt coluber. Prouerb. xxiij. Itē Habacuc. ij.
Nūq̄d nō repente ꝓsurgūt q̄ mordeāt te z
suscitabūt lacerātes te. z euigilabūt insidia
toꝛes tui: z eris eis in rapinā. qđ totū vera
citer de remorsu ꝓscie intelligiť. Et iterum
Prouer. xxix. Siue irascať siue rideat non
inueniet requiē, s. in ꝓscia, qz sicut dr Sa-
pientie. xvij. Semp pſumit seua pturbata
ꝓscia, z Job. xv. Sonituꝰ terroꝛis sp in au-
ribz eius, z cū pax sit: ille semp insidias su-
spicať. Ex omībz illis patz q̄s periculosa sit
mors anie p peccatū ꝓpter mala tā enume
rata z alia innūerabilia. Omia enī mala q̄
sequunť corpaliter mortuū: illa etiā spūali
ter ꝓsequunť peccatoꝛē, vt ptz ex dictis, pro
pterea valde vtile est pctōri imo cuilibz ho
mini hīe memoriaz mortis, imo q̄nq; cor-
poraliter mortuū videre. Cogitet hō qz ne
scit horā mortis sue. nescit etiaz q̄ ania sua
itura est statim cum exierit a corpe. Unde
Bern. O aia mea q̄s erit ille pauoꝛ. cū di-
missis oīnibz q̄rū tibi pntia iocunda, tam
gradus aspectꝰ, cohabitatio tā familiaris,
sola pauēs ingrederis ignotā regionē. Et
vide qz graue est relinq̄re noticiā: sz grauiꝰ
transire ad incognita: sed grauissimū illuc
solus ire. Illiꝰ exemplū habemꝰ de q̄dam
duce lothoringie, q̄ dū adhuc iuuenis essz
z laboraret in extremis, respiciēs palaciū z
domos suas multas: dixit. O dñe deus q̄s
ꝓtēnēdus est mūdus iste. qz ecce ego q̄ tot
habui palacia z in tot potui hospitari, ne-
scio q̄ hac nocte debeo ire, aut q̄s me debe
at recipe hospitio. Nec bene eēnt peccato
ri meditāda, nā ꝓpter ꝑ etiā sancti viri moꝛ
tē timuerūt valde. Unꝰ in vitas patrū habe
tur qđ dixit abbas helyas. Ego rē illam ti
meo q̄n aia mea occurſura est deo iudici.
Si g̃ terribilis est moꝛs viro pfecto. q̄nto
magis pctōri innūerabilibz pctis onerato

¶ Scdo ptz q̄ ad ꝓtēnēdū hūc mū
dū cū suis vanitatibz z delicijs valde vtile
est homi cogitare vilitatē z horroꝛē cada-
ueris hois mortui. Nō est enī cadauer vi-
lius cuiuscūq; alteriꝰ aīalis cadauere ho-
minis mortui. Unde Bern. Quid fetidiꝰ hu
mano cadauere, qđ horribiliꝰ mortuo ho-
mine, cuiꝰ erat vita gratissimꝰ amplexꝰ: fit
in morte horribiľ aspectus, qđ ergo ꝓsunt
diuitie, quid delicie, qđ honoꝛes. Diuitie
nō liberāt a morte: nec delicie a verme, nec
honoꝛes a fetoꝛe. Ad speculandū g̃ in hoc
cadauere debet hō frequēter ire ad sepul-
chra, dimissis aliis vanis spectaculis, ſm il-
lud Eccēs. vij. Melioꝛ est ire ad domū lu-
ctus q̄ē, vt ptz supra. Exemplū illiꝰ habe-
mus de mgro Petro comestoꝛe, q̄ sup se in
tumba sua poni fecit hos ihūs. Petriꝰ erā
quē petra tegit: dictusq; comestoꝛ. Hūc co
medoꝛ: viuꝰ docuit: nec cesso docere Moꝛ
tuꝰ, vt discat q̄ me videt incineratū. Nō su
mus iste fuit: eritꝰ q̄nq; qđ hic est. Sunt
enī multa mortē cōcomitātia, que merito
quelibet pctōrē a pctis retrahere deberēt,
vicz infirmitas, separatio corpis z aīe, spo
liatio a rebz, pctōz memoria, cōcursus de-
monū, repsentatio aīe corā deo iudice, in-
gressus regiōis ignote, destitutio corpoꝛis.

¶ Dominica decima septima

vilitas cadauer, z sic de alijs. Hec enim a pctore diligent recogitata indubie ipsuz a pctis retrahūt. Ecce q̄z piculosuz est morientib⁹ q̄ diuitias pl⁹ q̄z deū amauerūt z ei⁹ p̄cepta multipl'r trāsgressi sunt. difficulter enī illas dimittūt: z tñ cogunt eas dimittere, sed vide cū q̄ ꝓscia. Jō dicit ps. Diuitie si affluāt nolite cor apponere. Et itez. Relinquūt alienis diuitias suas. Sūt g̃ diuitie velut infideles amici, qui amatores suos in extrema necessitate deserūt. De ħ habem⁹ exemplū. Quidā enī dū a diuitijs in morte implorasset auxiliū: nec possz aliq̄m rñsionem hīe ab eis: ait. O fallaces diuitie toto corde vos amaui z honorauī, z nunc in tāta necessitate posit⁹ nihil ꝓsilij vl' auxilij a vob hīe possum. ¶ Parate est, me desererе, nec vultis me seq̄. Ego dimittā vos, z his dict⁹ statim distribuit paupib⁹ vniuersa. Rogem⁹ g̃ dñm ihesū vt sua misc̄ōia nos respiciat z corda nr̄a illustret vt sic pctōz̄ grauitatē horrorē z picula cognoscētes illa detestemur, z cū adolescēte a pctis surgamus, nec tot mal' pctōz̄ vt dictū est inuoluamur. ¶ Per xp̄m dñm nr̄m. Amen.

¶ Dñica decima septima. ¶ Ser. LXVI.

Dixit ihesus ad legisperitos z phariseos. Si licet sabbato curare. at illi tacuerūt. Lu. xiij. In p̄cedēti dñica audist⁹ quō dñs ihesus cōpassus mlieri vidue suscitauit filiū eius a morte, ex q̄b⁹ etiā causis sepius dñs miracula fecit. Quare pctm̄ mortale designat p mortē, z q̄ pctm̄ mortale est infinitū malū, imo maius malū ē hoīez p vnam horā esse in pctō mortali, q̄z aīam mille annis esse in purgatorio, z plures doctrinas ex euāgelio, qñ flet⁹ p mortuis sit licit⁹ vel illicit⁹. Et ex q̄b⁹ causis pctōr in mortali cōparat corpalit' morieti zc. ¶ Nūc ꝓsequēter in ħ euāgelio nobis ꝓponit p̄ceptū de obseruatiōe sabbati, quō illud sit obseruādū exemplo xp̄i. Et q̄ diligenti⁹ cauere debem⁹ pctm̄ superbie. Sicut z ap'lus in hodierna ep'la ad Ephes. iiij. scripta, singularit' nos hortat ad hūilitatē seruandā: māsuetudiez z patientiā, q̄z vnū corp⁹ xp̄i sum⁹, ideo in vnitate deo fruire debem⁹ z ei⁹ p̄cepta custodire. Jō dixit ihesus ad legisperitos zc, vt sup̄. ¶ Pro gr̄a Aue ma. ¶ Dixit ihesus ad legisperitos. Si licet sabbato curare vbi sup̄. Dicat p̄mo textus euāgelij. Postea ei⁹ diuisio z intellectus. Tercio dubia ad ꝓpositum zc. ¶ Textus euāgelij.

In il. t. Cū intraret ihesus domū cuiusdam p̄ncipis phariseoz̄ sabbato māducare panē, z ipi observabāt eum. Et hō ydropicus erat añ illū. Et rñdens ihesus dixit ad legisperitos z phariseos dicēs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerūt. Ip̄e vero apprehensum sanauit eū ac dimisit. Et rñdēs dixit. Cui⁹ vr̄m asin⁹ aut bos in puteū cadit et nō ꝓtinuo extrahet illū die sabbati. Et n̄ poterāt ad hec rñdere illi. Dicebat autez z ad inuitatos parabolā intendēs quō primos accubitus eligerēt dicēs ad illos. Cū inuitat⁹ fueris ad nuptias nō discūbas in p̄mo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, et veniēs is q̄ te z illū vocauit: dicat tibi. Da huic locū, et tūc incipias cū rubore tenere nouissimū locū. Sed cū vocat⁹ fueris vade recūbe in nouissimo loco vt cū venerit q̄ te inuitauit dicat tibi. Amice ascēde supius, tūc erit tibi gl'ia coram simul discūbentib⁹, q̄z oīs q̄ se exaltat hūiliabit̄, z q̄ se humiliat exaltabit̄. Luce. xiij.

Hystoria hui⁹ euāgelij facta ē āno scōo p̄dicatiōis xp̄i dñi, etatis sue, xxxij, cōplet⁹ q̄nto nonas octobris, ħ est ꝓxima die ante festū Francisci. siue tercia die octobris. Ante initiū hui⁹ euāgelij dicit Lucas ca. xiij, q̄ q̄dā dixit ad ihesum. Dñe: si pauci sūt q̄ saluant̄. Ip̄e aūt dixit ad illos, ꝓtendite intrare p angustā portā. q̄z multi dico vob⁹ q̄runt intrare z nō poterūt. Cū aūt intrauerit pr̄familias z clauserit ostiū, incipiet⁹ foris stare z pulsare ad ostiuz: dicētes. Dñe aperi nob. Et rñdēs dicet vob⁹, nescio vos vnō sit⁹, tūc incipiet⁹ dicere. māducauim⁹ coram te z bibim⁹, z i plateis nr̄is docuisti. z dicet vob⁹. nescio vos vnō sit⁹, discedite a me oēs operarij iniq̄tatis: ibi erit flet⁹ et stridor dentiū. Tandē post pauca sequit euāgelium in seq̄nti ca. Et ꝓtinet i se principal'r duas ptes. scōa ibi. Dicebat aūt z ad inuitatos parabolā zc. In ꝓma pte saluator ostendit nob⁹ potentiā z diuinā virtutē in curatione ydropici in sabbato. docēs p hoc nos quō licitū sit, pr̄is i suis defectib⁹ corpalib⁹ subuenire! n sabbato exēplo ydropici quē in sabbato curauit. In scōa parte nos do

cet vitare ſuꝑbiã ⁊ ſequi hũilitatẽ. ꝓponẽs in exemplũ hoiem ad nuptias inuitatum. qꝛ oĩs q̃ ſe hic exaltat poſt hãc vitã humiliabit. recte ſicut in libra qñ vnũ lat⁹ aſcendit alterꝫ deprimit. ⁊ ecõuerſo. Latus vnũ eſt vita pñs. lat⁹ alterũ eſt vita poſt hãc vitam. q. d. q̃ ſe in ℔ mũdo ſiue in hac vita exaltat ꝑ ſuperbiã: humiliabit poſt hãc vitã in inferno ꝑ penã. ⁊ econuerſo ⁊c. ℔

Diceret q̃s. quã doctrinã habem⁹ ex ℔ euãgelio ⁊ ex ꝓbis xꝑi. Rñdet q̃ plures ſalubres doctrinas poſſum⁹ hic. ꝓpõ vt ex emplo xꝑi panẽ alienũ nõ comedam⁹ abſq̃ grata recõpenſatõne. ſicut fecit ſaluator nr̃. q̃ vbicũq̃ inuitabat panẽ ocioſe nõ comedit. Verbi gr̃a. in nuptijs inuitatus in chana galilee aquã in vinum cõuertit. In domo ſimonis Mariã magdalenã ſaluã fecit. et ipm hoſpitẽ ſcandalizatũ inſtruxit. In domo zachei hoſpitẽ ꝓcurit. ⁊ domui ſue ſalutẽ eſſe factã pnũciauit. i domo matthei hoſpitẽ in ap̃lm recepit ⁊ cõmenſales ad pniam inuitauit. Dicꝫ i hodierno euãgelio inuitatos in domo ꝓncipis phariſeorũ panẽ ſuũ tripliciter recõpenſauit. Hꝫ ydropicũ ſanauit. obſeruatores ſuos arguendo benigne reduxit. et inuitatꝫ ſalutarez doctrinã de h ũilitate ſeruanda ꝓbuit. Ex oĩbꝫ illis habem⁹ ſcãm doctrinã q̃ nũq̃ xꝑs dñs vacuus aut ſine munere ſub ſacramẽto recipit. dũmodo facit hõ qõd in ſe eſt ad pcipiẽdũ tantũ hoſpitẽ. Hoc merito multos mouere deberet ad ſepi⁹ ſe ꝑparãdũ ad pceptionẽ euchariſtie. Hõ vnq̃ deceret magnũ pr̃icipẽ eſſe alicubi hoſpitatũ vacuũ ⁊ ſine munere hoſpitez relinquere. Ita ⁊ de xꝑo dño. Tercia doctrina q̃ nomine panis euãgeliſta intelligit quẽcunq̃ cibũ. Et tñ dicit panẽ. vt doceat ꝓuiuia nõ eſſe comeſatões ſz ſobrietates. ſic etiã i oõne dñica ꝑ panẽ intelligim⁹ oĩa vite neceſſaria. Et dicit euãgeliſta notanꝫ In domũ cuiuſdã ꝓncipis phariſeorꝫ. ex q̃ ꝓſiderare debem⁹ q̃ xꝑs nõ habuit ꝓpr̃iã domũ in ℔ mũdo. Vñ cuidã dicẽti. Mgr̃ ſeq̃r te q̃cũq̃ ieris. rñdit. vulpes foueas hñt et volucres celi nidos. filj⁹ aũt hois nõ habz vbi caput ſuũ reclinet Mat. viij. imo i tenera infantia poſit⁹ erat in ꝑſepio int̃ bruta aĩalia qꝛ nõ erat ei alter loc⁹ in diuerſorio. Ita et ibi ingreſſus eſt i alienũ hoſpitiũ ꝓncipis phariſeorꝫ. Quarto ꝓz q̃ q̃uis dñs habuerit phariſeos ſibi valde ꝓtrarios. vt dicit Berñ. habuit enĩ eos in factꝫ obſeruatores ſicut hic dr̃. Et ipi obſeruabant eũ. habuit etiã eos in dictꝫ ꝓtradictores ⁊ in torm̃etis illuſores. ⁊ tñ cũ eis aliq̃n ꝓuerſabatur ⁊ cibũ cum eis ſumebat vt in euãgelio Et ℔ fecit vt p ꝓuerſationẽ ſuã: doctrinã ⁊ miracula eos traheret ad noticiã veritatis Ecce licet tanta eis bona fecerit: tñ adhuc ex malignitate volebãt eũ cape in ꝓbis. ſic hic dicit Et ipi obſeruabãt eũ. i. diligenter attendebãt ſi aliq̃d faceret aut diceret vnd eũ poſſent accuſare ⁊ ei detrahere tanq̃z inuidi. Inuidorũ enĩ eſt alios obſeruare. qꝛ gaudẽt de aduerſis ⁊ dolent in ꝓſperꝫ ꝓximi. Vñ inuid⁹ in oĩbꝫ ſenſibꝫ exterioribus punit respectu ei⁹ cui inuidet. Et vltra hoc in corde. In ocul' q̃n videt fortunã ꝓximi. In auribꝫ q̃n audit bona loqui de ꝓximo cui inuidet. In olfactu q̃n fugit odorẽ bone fame: ſicut ſerpentes odorẽ florentis vinee. In ore ſiue in lingua ꝑ detractionez q̃ eſt filia inuidie. vulnerat enĩ lingua detractoris tanq̃z serpẽs. ſm illud ꝓ̃s. Acuerũt linguã ſuã ſicut ſerpẽtes. venenũ aſpidum ſub labijs eoꝝ. ligua eoꝝ gladi⁹ acut⁹. De hac lingua dicit mgr̃ Hugo. q̃ lingua detractoris ſit lancea peior q̃z illa q̃ lat⁹ domini ꝓforauit. qꝛ ꝑ lanceã ſaluatoris apertuꝫ eſt lat⁹ eius vñ nob fluxerũt ſacramẽta. ſed ꝑ linguã detractoꝝ vulnerant et occidunt aĩe q̃s xꝑs redemit ſanguine ſuo. D

Dubitat q̃d ꝑ ydropicũ intelligere debem⁹ ad nr̃am inſtructionẽ. Rñdet q̃ per ydropicũ ſignificant tria genera hoĩm. videlicet ſuꝑbi. auari ⁊ luxuriosi. Suꝑbi per tumorẽ quẽ hz ydropic⁹. Unde Hugo de claustro aĩe. Suꝑbia nata eſt i celo: ſed velut imemor q̃ via inde receſſerit nec poſtea illuc redire poterit. ℔ tumore ſuꝑbi iflati q̃ via ad celũ trãſire debeãt penit⁹ ignorant. ſed fortaſſis in ꝓfundũ deſperãtes cadunt Et p̃cipue duo genera ſuꝑboꝝ. vicz pauperes elati ⁊ diuites induratj. De ꝓmis ſicut cineres a terra eleuati ꝑ ventũ deſcẽdũt ad locũ ꝓfundiorẽ ⁊ inferiorẽ q̃z ꝑm⁹ loc⁹ fuit vñ eleuati fuerũt. quia cadẽtes ſuper aquã funditus cadunt. ſic pauperes eleuati ad aliquã dignitatem: ſtatũ vel honorem ſtatim tument. de q̃bꝫ Berñ. dicit ſup Miſ-

sus est. Videsne quotidie plerosq; de ignobilibus nobiles, de paupibus diuites factos subito intumescere et pristine humilitatis oblitiscj, genus q; suum erubescere et infirmos dedignari parentes, sed vere quantum supius eleuatur per tumore tanto magis proiciunt in profundum diuina iusticia exigente. Et sic verificatur de eis illud proverbium. Dum surgunt miseri nolunt misereq; misereri. Talibus finaliter contingit sicut Erasio qui fuit a romanis missus ad expugnandum babyloniam, quam cum superbe obsederat ciues babylonici exiuerunt: cernentes q eius potentem euadere non possent, et rogauerunt eum ne ciuitatem destrueret sed ipsas pacifice intraret et aurum et argentum caperet in signum triumphi, q cum ciuitate intrasset et in ea fuit firmiter pclusus. Ciues vero comprehenso Erasio aurum et argentum feruens in os eius fuderunt: dicentes. Bibe, quia aurum per triumpho desiderasti, et sic mortuus est ex potatione auri. Et h tangit paup Henric⁹ li. iij. in h metro. Aspice que babylon cupido potauit in auro. Hoc dum sunt diuites indurati, quorum si superbia tangit non curat, quod pbat in simili de Balena q est piscis magn⁹, q cum in parte ferit pingui non sentit vuln⁹: sed in macra parte mox vuln⁹ sentit et dolet, hoc etiam dr de aliqbus pinguissimis porcis. Sic moraliter superbus qui in magnitudine cupit oes alios superare, et q in putredine elationis iacet vt porcus: correctionem dei atq; increpationem sacre scripture non timet in parte pingui, h est in psperitate et diuitijs posit⁹ Na pinguedo pspera non sinit ipm iaculum minatis scripture pcipe et nequaq; vltionem putat esse maloz. Sed cum in aduersa de psperis cadit sentit vuln⁹ et cognoscit, et tunc medelam querit. Cui⁹ figuram habem⁹ in pharaone Exodi. v. Cui dum moyses diceret vt pplm dimitteret ad sacrificandum dño deo in deserto, q rndit, qs est deus vr vt audiam illum, deum vestrum nescio et pplm no dimittam Ecce superbia et cordis duricia in psperitate sed plagis multiplicatis dixit moysi, Peccaui coram dño deo vro: rogate eum vt mihi indulgeat et p, p hunc autem pharaonem intelligunt superbi hui⁹ mundi potentes et tyranni tempore psperitatis affligentes pplm dei, qui non curant de verbo dei. Et si audiunt non compungunt, sed aduenientibus flagellis dei primo dei sentiunt manum, sed timendum est tarda hora, quia magis timore pene q dei amore deum inuocat, sm illud ps. Cum occideret eos querebat eum. ℣ Hoc com gen⁹ hoim p ydropicum significatum siue signatum est cupidorum, auarorum, q sicut ydropici semp sitiunt et potum desiderat. ita illi sitiunt aurum et argentum. Et sicut ydropicus quanto magis bibit tanto magis sitit, sic illi quanto plura congregant: tanto plura concupiscunt Etiam in extremis iniuste retenta reddere nolunt, licz aliqn ordinent post mortem h fieri, sed tunc hora nimis tarda vt patz alibi. Tercium gen⁹ p ydropicum signatum est luxuriosorum fetentium, quia sicut ydropicus hz anhelitum fetidum: sic luxuriosi fetent coram deo angelis et hominibus. Q coram deo dic Hugo de bono pscientie. Tolerabilius est canis putrid⁹ fetens hoibus quam anima pctoris deo, imo nullum pctm ita vilescit homine coram deo sicut luxuria. sm illud apli, qui ad Corinth. vj. Omne pctm quod facit ho extra corpus est, q autem fornicat in corp⁹ suum peccat. cetera enim pcta animam tm maculant, fornicatio vero no solum animam: sed etiam corpus contaminat. Ibi ei no solum est in mundicia spualis sed et corpalis. De scdo vero q luxuriosus fetet coram angelis patz invita spatrum de heremita: cum q angelus transijt ante cadauer ce. Huic autem ro sic potest ostendi. Na si filia alicui⁹ regis tue custodie tradita esset no parum tibi displiceret si illa in tua custodia fornicaret, cum autem tradit⁹ es ad custodiendum angelo, quantum q displicet ei si sub sua custodia fornicaris. De tercio q luxuria fetet coram hoibus dicit Guilhelmus q fetor est in pcto isto q a viris spualibus intendum sentit, patz p exemplum de scolari, q presentiam scorti in domo sua cognoscebat. Et quidam archidiacon⁹ sentiebat q seru⁹ suus fornicat⁹ fuerat. Quarto pot addi q h peccatum etiam fetet demonibus, qz legit q diabolus p quendam demoniacum confessus e q peccatum illud ei multum feteret. Et cum interrogaret cur illud cum tanta diligentia pmoueret, rndit, propter lucrum, sicut cloacarij fetore cloaci rone lucri intrat, licet fetore abhorreat. Ideo dicit quedam glo. Quid fetidius luxurioso q deum molestat, angelum fugat, diabolum letificat, seipm ferit et eterna luce puat Sed diceres. vm pcedit fetor luxurie. Respondet q principaliter a fetore crapule et gule, qz dicit Joh. Apocal. xxij. Qui in sor-

dibus est sordescit adhuc.q.d.q̄ in sordib⁹ est crapule:pronus erit in sordib⁹ luxurie. Sed tñ hō nō ꝓcipit fetorez.qō ptz in sil'. qz si vestimētū multū fetidū est.noua supueniens sordes nō ꝓcipit.q̄ tñ in candida veste statim apparet. Simile.si quis comedit alcū nō sentit fetorē alteri⁹ sil'r comedētis. Si aūt nō comedit vix fetorē alteri⁹ sustinere pōt ꝛc. ¶ Dubitaꝭ ꝓsequenter extq̄ saluator in fine euāgelij ꝓ parabolā de inuitato ad nuptias arguit supbos. Sūt ne alique rōnes q̄ singularit' mouere merito debent hoiem ad fugiendū ꝛ vitandū ꝟ vicij supbie. Ad ꝟ rñdeꝭ breuiter ꝑm mentē Holgot sup illo Sap'.v. Lectione.lxiij. Quid igiꝭ ꝓfuit nob⁹ supbia.aut diuitiarū iactantia q̄d ꝓtulit nobis. ¶ Supbia ꝓpter tria est magꝭ timenda inter cetera pctā.videlicet qz est vicij valde nobile siue generosum nascēdo. Magis aniosum inuadēdo. Magis cautelosum in alliciēdo. ¶ Primo supbia est vicij valde generosum nascēdo qz spūale ꝛ int' angelicos spūs adinuentū. ꝛ ideo nobiles mētes nimis impedit. Unꝭ Hiero.in q̄dā epl'a. Supbia natiōe celestis sublimiꝰ appetit mentes. ꝛ q̄si ad ꝓpios reuolans ortus appetit gloriā ꝛ puritatem hoim irrūpere.q̄ de gl'ia ꝛ puritate angelor⁹ erupit. vt q̄s inuenit participes nature faciat ꝓsortes ruine.q.d. supbia tēdit ad hoc vt hoiem q̄ cū angel' participat ratione intellect⁹ faciat ruere in gehennā.sicut ꝛ angelū ruere fecit. Et Hugo lib.j. de aīa dicit. Supbia in celo nata est sed velut īmemor.q̄via unde cecidit illuc postea redire nō potuit. ¶ Scdo supbia est vicij valde aniosum inuadēdo.qz nō parcit loco neq; ꝑsone nec tpi nec statui. ¶ Primo ñ parcit loco.qz q̄nto loc⁹ solēnior:tāto superbia promptior in ꝯgregatōib⁹.in p̄dicationib⁹.in q̄buscūq; public' negocijs statī superbia se īmiscet. ¶ Patet illud.qz in eccl'ia etiaz in loco valde sacro prope altare.imo circa pūtlā eucharistie lucraꝭ vtriusq; sex⁹ ꝑsonas in ornatu.in gestu.in cogitatu.ꝛ sic de alijs. Et maxime tūc cū homies se dare deberēt ad humilitatē ꝛ ꝓtritionē recognoscendo defect⁹ suos ꝛ pctā ꝛ ea detestādo. tūc sepe magis studēt quō placere possint ꝛ se ostentare q̄ deuotioi inseruire.imo eo tpe qñ eleuaꝭ corpus xp̄i.sepe maior est cōsideratio certaz mulierz quō sint ornate vt ab alijs cōmendent' q̄ liter xp̄i meditent' De hoc ornatu mulierz legiꝭ q⁹ cū in francia q̄dā dña esset valde sctē vite semel erat rapta. Et tūc vidit in spū q̄ndā magnā comitissam q̄ familiarꝭ ei fuerat. Et cū demones ei⁹ aīam rapent ꝛ ad infernū traherēt. ipa eiulādo clamabat dicens. Heu me misera qz satis casta fui ꝛ abstinēs ꝛ elemosynaria.nec ꝓ alia re dānor nisi ꝓ ornatu superfluo ꝛ vario quē nimis dilexi.et admonita nō cessaui. Ue mihi q⁹ ꝓ tam modica re trahor ad tantā dānationē: ꝛ priuor tanta gl'ia. Insup amisi fructū oīm operz meorū bonorz. Hec aūt dña rediens de raptu cū fletu ꝛ lachrymis illa retulit. Et inuētuz est q⁹ ista comitissa a remotis partibus illa hora obierat. Ecce q̄d facit supbia in ornatu vestiū in comitissa.q̄d ḡ facit in mīnorez sz ciuissa ꝛc. Et q̄d faciet in illa q̄ nō soluz est supba sed ꝛ luxuriosa. Scdo supbia ñ parcet ꝑsone q̄ntūcūq; sit sctā. Unꝭ et diabolus xp̄m temptauit ꝓ supbiā dicēs sibi. Mitte te deorsum Math.iiij.ꝛ ꝓmū angelū nobilissimum spm̄ ipa supbia deiecit. Esa.xiiij. Quō celestis lucifer cecidisti qui mane oriebar⁹. Multos etiā sctōs viros ꝓ q̄s deus miracula fecit in ꝟ mūdo sola superbia deiecit. Sicut Hiero.in vitas patz refert de q̄dā monacho q̄ miraculis claruit ꝛ ꝓ angelos pastus fuit.ꝛ multas reuelationes de futur⁹ habuit.hūc tandē supbia deiecit.qz ꝓ meritis suis ꝟ sibi debitū putauit. Unꝭ Aug⁹.in q̄dā epl'a ad didoscor. Uicia cetera in pctis:supbia etiaz in rectefactis cauenda est.ne illa q̄ laudabiliter facta fuerūt ip̄i⁹ laudis cupiditate amittant' Tercio supbia nō parcit tpi.qz q̄nto dies sanctior:tanto magis hoies infestat.patet qz in natali dñi.in pasca.in penthecostes. in festiuitatib⁹ maiorib⁹ beate ꝛginis. Omniū sctōz:ꝛ alioz sctōz specialiter magꝭ se hoies mūdani ornāt vt hoib⁹ gl'osi appareant ꝛ reputent'.honorent'.vel alijs placeāt lasciuo more q̄ vt ad dei laudē ꝓpter quaz tales festiuitates sunt institute.anīe ornatū q̄rerent. Multa etiā sunt pctā q̄ cauent' in hmōi solennitatib⁹:sed supbia tūc magꝭ exercet' in pomposis vestib⁹ ꝛ ornatib⁹. Unde hoies superbiūt in cōuiuijs.in ꝑmonijs.in oblatiōib⁹.in orōnib⁹ ꝛc. ¶ Peccata

carnis,gule,fraudulentie ꝛ hmõi raro cõ/
mittunt in locꝫ sacris. sed supbia ibi pma/
xime. Multe etiã sunt psone q̃ dedignant
fornicari,primos decipe,mendacia dice/
re,que tñ nõ cauent a supbia,ꝓterea dicit
Eccl,x. Initiũ omnis peccati supbia.imo
supbia est tale malũ ꝙ magꝫ hoiem tẽptat
in die q̃ in nocte,amat enĩ lucẽ ꝛ vultvide
ri.quia sicut lux ita ꝛ supbia venit de celo.
Quarto igit supbia nulli parcit statui q̃n
oñes inuadat senes cũ iunioribꝫ. religio/
sos cũ secularibꝫ,diuites cũ paupibꝫ.subie
ctos cũ supioribꝫ. Ita vt nullus q̃ se absco
dere valeat a calore ei⁹,imo nec inq̃ete p/
mittit de facto eucharistiã ꝙsecrãtem in al
tari aut eã ꝓcipiẽte siue laicũ siue sacerdo
tem. Ideo cũ oñia pcta hõ se putat supas/
se adhuc fortiter babꝫ pugnare ꝓtra supbi
am. Et hinc est ꝙ supbia bñ cõparat mor
ti. Nã p supbiã mors intrauit in munduꝫ.
Et sicut mors nulli parcit statui,sic nec su/
perbia. Et ideo ozauit,ꝓba in ps̃. Nõ ve
niet mihi pes supbie: ꝛ man⁹ pctoꝛis non
moueat me Ubi dicit glo,ordinaria. Pes
supbie est affectio q̃ itur a deo. Et ꝟ est qđ
alibi dicit. Ab occultis meis mũda me Et
man⁹ pctoꝛis est tẽptatio ab extrinseco vel
impulsio p suggestionẽ diaboli, aut maluꝫ
exempluꝫ primi. Et ꝟ est qđ alibi dicit, Et
ab alienis parce seruo tuo. Hec glo.

Tercio ꝓncipaliter supbia est viciũ ma
gis cauteloſuꝫ in alliciẽdo, faciliꝰ est cĩ de/
clinare gulã,deuitare luxuriã, furtũ,homi
cidiũ,ꝛ hmõi grossa pcta q̃ supbiã. Unde
sicut sagittariꝰ si pcusserit bestiã in pede vl
in dorso nõ est bñ securꝰ de ea, sed tñ si in
corde, Ita diabolus maximã securitatẽ se
reputat de homĩe hĩe qñ ipm pcutit in cor
de p supbiaꝫ. Un Hiere,xlix, Arrogantia
tua decepit te,ꝛ supbia cordis tui. Omnis
enĩ supbꝰ hꝫ sibi deũ inimicũ ꝛ aduersariũ
ſm illud Eccl,x. Odibilis coꝛã deo ꝛ ho/
minibꝫ supbia. Un metrice dicit, Actibꝰ
aut verbis hõ q̃cunq̃ supbis. Hoc retine
verbũ frangit deꝰ oẽm supbũ. Iõ cũ maxi
mo dolore dãnati plangent suã supbiã:di/
centes illud Sap̃,v, Quid nobꝭ ꝓfuit supbia,aut diuitiarũ iactantia q̃d cõtulit no/
bis,transierũt oĩa illa tanq̃ vmbra ꝛ tanq̃
nuncius pcurrens,et tanq̃ nauis q̃ ptrã/
sit fluctuantẽ aquã,cuiꝰ cũ ptericrit nõ ve/
stigium inuenire. Ecce notant ꝙiungit sa/
piens supbiã ꝛ diuitias,qꝛ sicut dicit Au/
gꝰ,in quodã sermone. Uermis diuitiarũ
est supbia, Difficile est enĩ ꝙ diues non sit
supbus, Tolle supbiã:ꝛ diuitie non noce/
bunt. Hec Augꝰ, Bene g̃ ꝙquerunt diui/
tes superbi,q̃d ergo iactantia diuitiaꝝ cõ
tulit nobis.q̃si di,nihil boni:sed oĩa mala.
Et his iam ptꝫ quantũ malũ sit ipa super/
bia ꝛc. ¶ De hoc malo superbie dicit
Hugo libꝛo ꝑmo de claustro aĩe. Quattu
oꝛ sunt q̃ trahũt elatiõis currũ,s,amoꝛ do/
minãdi,amoꝛ ꝓprie laudis,cõtemptꝰ et in/
obedientia. Rote ꝙo sunt iactantia mẽtis,
ꝛ arrogantia,verbositas vl leuitas. Auri/
ga in ꝟ curru est spiritꝰ supbie. Amatoꝛes
mũdi sunt q̃ vehunt in hoc curru. Infre/
nes sunt equi. Et subiũgit. Uolubiles sũt
rote. Auriga puersus est. Et q̃ portat infir
mus est, Hec Hugo. Ideo seq̃mur chri/
stum dicentẽ,q̃ se humiliat exaltabit,et in
oñibꝫ nos humiliemꝰ vt vere ꝙo humi/
limo placere valeamꝰ. ¶ Quia euan
geliũ ꝑncipaliter agit de sanctificatõe sab/
bati ꝛ eius transgressiõe. Ideo dubitat q̃d
homo facere debeat in die festo vt vere fe/
stũ sanctificet. Et signant die dñico:ꝛ alijs
maioribꝫ festiuitatibꝫ anni, Ad ꝟ dicendũ
est breuiter q̃ volens festũ sanctificare iux/
ta preceptũ debet in se hĩe signãter sex per
ordinẽ vicꝫ. Primo missam ꝛ diuina officia
debet deuote audire. Secõ verbũ dei au
dire vel legere,ꝛ de his cũ alijs que audie
runt cõferre. Tercio cõscientiã suã per de/
testationẽ peccatoꝝ mũdare, et p dilectio/
nem in deũ ferri. Quarto diuina beneficia
sibi et alijs prestita in cõmuni vel in spẽcie
debet attente meditari. Quinto deũ:beatã
virginẽ et sanctos p suffragio inuocare:et
indulgentiarũ se participem facere. Sexto opera miscõie corpalia et spũalia debet
exercere. Primo g̃ volens sabbatũ sanctifi
care debet missam ꝛ diuina officia deuote
audire. Qui enĩ vt dicit Richar,in tercio
dis,xxvij.omittũt audire missam grauiter
peccant,nisi sint ex alicꝫ rõnabili causa legi
time impediti:ꝛ sic excusati. Un oꝛ de cõ/
se,dist,j. missas. Missas die dñico secula/
ribꝫ,ꝛ a fortioꝛi clericis dicit archidiacon⁹
totas audire speciali ordine pcipimus,ita
vt ante benedictionẽ sacerdotis populus

egredi nō ꝑsumat. qō si fecerint ab epō publice ꝓfundant. i. grauiter arguant vsq; ad rubozē vel excōicent. Apparat⁹ dicit ibi super verbo missas: ꝑceptū esse. Uñ qui diebus dñicis missas nō audiūt ꝓtra hoc ꝑceptū faciunt Sabbata sctifices. qz deum nō sup oīa diligūt dieb⁹ dñicis. z similibus festiuitatib⁹ nisi excusent. vt vel infirmitate. vel qz cōmode tali die nō ꝑnt habere missam. aut alia rōnabili causa. cui⁹ autez impedit⁹ legitime excusēt de audienda missa die dñico. tñ nunq; videt q̄s excusari q̄n tali die aut sili teneat deū sup oīa diligere. qō soli corde impleri potest. vt dicit Scotus in tercio dist. xxvij. Si aliq̄ necessitas excusat ab auditiōe misse dominico die: necesse est supplere in aliq̄ equiualente. vt saltem die illo habeat aliq̄s act⁹ specialiter cultui diuīo deputat⁹ imediate relatus in deū. Et q̄ ptz q nullus hñs vsum rōnis excusat die dñico vel simili q̄n obligetur sub pena pcti mortalis diligere tunc actualiter deū sup oīa. Qualiter aūt de⁹ diligi debet sup oīa q̄ntum ad ꝑsens sufficit. Tunc hō dicit diligere deuz sup oīa qñ nulla creatura bul⁹ mūdi sibi tantū placet vel displicet q ꝓpter eā deliberate vellet offendere deū aut agere ꝓtra dei ꝑcepta. hoc est q ꝓpter nulli⁹ amorē vel odiū velit deū offendere peccato mortali. Videat ḡ quilibet apud se si sic sit dispositus vt taliter diligat deū sup oīa. Et si ꝑus nō fecit saltez nūc firmiter in mēte sua hoc statuat zc.

¶ Secō ad sanctificationez sabbati requirit vt homo audiat verbū dei. vel illud legat. aut de ℔ cū aliis q̄ hoc audierūt cōferat si ꝑ se audire nō posset vl legere nesciret nisi iterū rōnaliter impediret. Patet illud de cōse. dist. j. Omēs. Ubi ꝑcipit omnib⁹ fidelib⁹ vt dū cōueniūt in solēnitatib⁹ sacris ad ecclesiā scripturas sacras audiāt Et ca. sequēti dicit cōciliū cartagineñ. Sacerdote verbū dei faciente in eccl'ia q egressus fuerit excōmunicet. Hoc intellige nisi subsit rōnabilis causa vt supza. Null⁹ autem excōmunicari debet nisi ꝑ pctō mortali. Et dixi superi⁹. vel illud legat. Hoc dixi ꝓpter intelligētes. q scripturas sacras legere z intelligere valent. Nō credo autem excusari laicas ꝑsonas legentes domi sermones vulgares: nisi alia subesset rationabilis causa excusans. patet. qz tales legunt z nō intelligūt. Et si q̄q intelligūt: tñ nulla in legendo est deuotio: nec debita attentio: q̄lis esse potest in auditione verbi dei. Esset tamē cōmendabile q tales ꝑsone audito verbo dei illud domi ruminarent. Et si quas haberēt diuīas scripturas bas legerent. Nō autē debent omittere auditionē verbi ꝓpter eoruz lectiōes vulgares: sed vtrūq; si possunt facere. Dixi tercio aut de hoc cū aliis qui verbū dei audierūt conferat. Hoc dico de illis q̄ habēt causas excusantes se ab auditiōe verbi dei. vt supza. tales etiā domi inq̄rere debent de festiuitatibus: ieiuniis et aliis necessariis ꝑ hebdomadā celebradis. Et si aliq̄s sit excōmunicatus et q̄s vt talē vitare valeant in casib⁹ ꝓhibitis. De hac verbi dei auditiōe vide plura sup̄ sermo. liij. A. B. C. D. E. Tercio requirit vt hō in festo ꝓscientiā suā per detestationē pctoz mūdet. Ita videlicz q diligent discutiat ꝓscientiā suaz q̄d fecerit. aut q̄d cū eo actū fuerit ꝑ hebdomadā. Et si inuenerit aliq̄d singl'are beneficiū q̄ncūq; a deo vel ab homie i hebdomada ꝑstitum. maxime qō ꝓcernit salutē suā de hoc deo gr̄as agat. mala vero q̄ inuenerit detestet dolēdo ex corde se deū ꝑ ea offendisse. Et petat de his veniā a deo cū firmo ꝓposito talia ꝓfitendi et de eis satisfaciendi. vt sic deo recōciliat⁹ opa sua sibi sint meritoria vite eterne. Uñ Grego. in regist'ro. Die dñico a labore terreno cessandum est: atq; oīno oz̄onib⁹ insistenduz est. vt si q̄d negligentie ꝑ sex dies agit die resurrectōis dñice expiet. Quarto debet hō in festo attente meditari diuīa beneficia sibi et aliis ꝑstita. in cōmuni. in specie z in singulari misericordissime a deo. q̄ sunt tā innumerabiliter multa z tā destinabiliter magna vt merito ingentē flāmā caritatis accēdere habeant in corde meditātis. Et sic gratias agere debet ꝑ talib⁹ z ꝑ futuris si q̄s fecit. Meditet gaudia patrie. penas inferni et miserias mūdi. vt sic suspiret ad supna. Logitet q̄ fragilis sit vita humana vt q̄nq; subito z improuise homo infirmitatē corporis incidit: z nescit vnde venit. imo nullibi securū se dicere potest in ℔ mūdo. siue sit in domo siue extra. iā habet timere ampopleziam. iā alias infirmitates corpis ab intra.

tam timores multos ab extrinsecꝰ rebꝰ, per tonitrua, p fulmina, p ruinas domoꝝ, p rapinas, p homicidia, ꝛ sic de aliꝭ. Et qꝫ maius est qñqꝫ subito ꝓuaꝫ vita, et nescit homo nimere habet si, p peccatꝫ suis post hãc miseriã incidit ꝑpetua tormẽta, de qbus omnibꝰ sancti q̃ dei mandata custodiũt erunt securi, eternaliꝫ deũ laudantes, et laudando sine fine gaudẽtes. Talia enĩ valde vtile esset sepius meditari secũ. ¶ Quinto debet hõ in festo orare deũ, beatã virginem ꝛ sctõs. ꝛ ab eis tanqꝫ paup mendicꝰ suffragia postulare cõtra vulnera aĩe, ꝓtra hostem aniez corpis. Debet etiã in festo p indulgentijs ambulare si devotiõi sue congruit, qꝫ dico ꝓpter ꝑsonas q̃ de ecclesia in ecclĩam ambulãtes facilĩ accendunꝫ p visum ad malas ꝯcupiscẽtias. qꝛ si talia in se sentiũt ꝛ sic periculosuz esse sibi exire ꝛ visitare ecclĩas, tũc debent quiete in vno loco caritatis augmẽto ꝑseuerare vt sibi nouerint vtilius. Sexto ꝛ vltimo in festo debet hõ in opibꝰ misericordie corpalibꝰ ꝛ spũalibꝰ se exercere. Corporalibꝰ vt in leprosorijs, in hospitalibus ꝛ apud alios paupes qs visitare debz in ꝑsona christi. ac si christũ visitaret, q̃ ait Matth. xxv. Qꝫ vni ex minimis meis feciſtꝭ mihi feciſtꝭ. Et ita talibꝰ debet impẽdere miscõie opera corporalia. Quãto enĩ paup miserabilior, tãto deo placabilius est opꝰ miscõie sibi impensuz. Noli ergo spernere imundum, fetiduz ꝛc. Suo modo se debz exercere in opibꝰ misericordie spũalibꝰ, informãdo de auditꝭ vel lectis in scriptura, ancillas, famulos, incolas domꝰ. pueros, ꝛ etiã maritũ vel vxorẽ, ꝛ singulos q̃ ignorãt ea q̃ sunt salutis, qꝛ ĩ defectu taliũ in ecclĩa magna cecitas causaꝫ. Quis enĩ vult excusare dñam que nõ ꝑmittit ancillã ire ad verbũ dei ꝓpter victũ ꝓparandu aut custodiã domꝰ, ꝙn ad minus talis dña obligaꝫ instruere eandez famulã de auditꝭ in verbo dei et aliꝭ ad salutẽ necessarijs. Suo modo dicaꝫ de dño respectu famuli, tales nõ excusantꝫ. quia tenentꝫ strictã deo reddere rationẽ de oñibꝰ qui in domo sua sunt, vt dicit Augustĩ. in epistola ad quendã comitẽ, ꝛ sic de aliꝭ operibꝰ misericordie spũalibus. Nullus enĩ se excusare potest ab operibꝰ misericordie corporalibꝰ et spiritualibꝰ quãtũcũqꝫ pauper. Quis enĩ est adeo paup vt nõ ꝓ tempore valeat infirmũ vel captũ aut desolatum visitare. Et si nõ potest pedibꝰ corpis faciat tamẽ pedibꝰ mẽtis, habẽdo voluntatem hoc faciẽdi. Quis etiã est tam pauper vt nõ possit tristẽ cõsolari, peccatorẽ arguere, aut iniuriã alteri remittere, vel inimico bonũ aĩe optare. Cogitet ergo hõ in festo. Et si hodie non plus feci qꝫ deo placeret, volo tamẽ huic vel huic offensam ꝓpter deum dimittere. Unde in Canone, xlv. dist. Tria, dicit. Tria sunt genera elemosynaꝝ Una corpis. egenti dare qꝫ poteris. Altera spũalis. dimittere a q̃ lesus fueris. Tercia delinquentẽ corrigere. et errantẽ in via veritatis reducere. Et ca. seq̃nti dicit. Due sunt elemosyne. Una cordis. Altera pecunie. Elemosyna cordis multo maior est elemosyna corpis ꝛc. Ecce sic patet q̃liter homo se debet habere ad deũ in die festo.

Q Qꝫ autẽ deo displiceat festa violare labore corpali. de hꝫ audiatis exemplu. Legit in vita sctĩ Hugonis linconiensꝭ, q̃modo pistor quidã semp die dñico farinã cõsperserit atqꝫ fermẽtauerit, de q̃ nocte sequẽti panes decoqueret qs die seq̃nti venderet recentes, qs dũ semel mane secunda feria extraheret de clibano. vnꝰ panis calidus frangit vnde mox riuꝰ sanguinis qui panẽ cir cũ quaqꝫ infecerat efluxit, expauit ille ꝛ panẽ istũ cruentatuz frustatim cõminuit. ꝛ p singulas fracturas cruorẽ stillare vidit. Alios etiã oñes panes silr cruentatos inuenit, qs panes p octo dies apud se occultauit, sed mercẽnarij hoc ad publicã noticiã ꝓduxerũt epi. et ad eiꝰ ꝑsentiã vnꝰ panis fuit allatꝰ: q̃ sic eẽ cõspexit. Erãt etiã alij panes in clibano positi, qui post crepusculũ diei dominice erant fermẽtati et impositi, qui cũ extraherentꝭ et frangerentur nil prodigiosum habentes in sua naturali qualitate ad vsum hominũ vendebantur. Primi autẽ p monasteria ꝛ ecclĩas in monumentũ facinoris de trãsgressione sabbati ad terrorẽ hominũ diligentꝭ cõseruabantur. Aliud miraculũ contigit carnifici in festo sub diuino officio carnes vendẽte, qꝫ reseruare volo. Hec ꝑsiderãtes in die festo soli deo vacare debemus, vt in perpetua festiuitate secũ letari valeamꝰ. Amen.

¶ Dominica decimaoctaua.

Sermo LXVII.

Diliges dominū

Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ī tota aīa tua, & in tota mente tua & p̄ximū tuū sicut teipm. Math. xxij. Marci xij, & Luce. x. ¶ In p̄cedēti dñica audistis quō dñs iesus sanauit hydropicū. Et plures circa ꝫ doctrinas. Quō etiā p hydropicū intelligere debem⁹ tria genera pctōr. vicz superbos, auaros & luxuriosos, et p̄ter quas ꝺditiōes, vicz qz hydropicus hz tumorē, est sitibūdus & fetidus. Et q̄ superbia sit valde fugiēda p̄ter tria, vicz qz est viciū generosum nascēdo, aniosum inuadendo, & cautelosum alliciēdo. Et de curru superbie. Tandē de sanctificatione sabbati. q̄d bō facere dz in die festo. Nūc vero in euāgelio nobis p̄ponit mandatuz de dilectiōe dei & p̄rimi in q̄ oia p̄cepta decalogi cōtinent. Sicut saluator dicit, in his duobus mandatis tota lex pendet & p̄phe. Ad ꝫ autē vt vere deū & p̄rimū diligam⁹: necessaria ē pax mentis & vnitas ecclie. Ideo apl̄us, j. ad Corint. j. in hodierna epl̄a agit deo gratias p his q̄ in se seruāt dilectionē dei & p̄rimi in pace & vnitate ecclie. Hā he sūt diuitie veri x̄pīani, de quib⁹ ibidē dicit apl̄s. Qui enī habz has diuitias huic nihil deest ad salutē. Propterea dñs hodie in euāgelio p̄cipit vt diligam⁹ deū & p̄rimuz dicens. Diliges dñm deū tuū &c. vbi supra. Pro gra Aue maria. ¶ Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo &c. vbi sup. Dicat ꝑmo text⁹ euāgelij. Et postea sequit breuis intellectus. Et tandē dubia ad p̄positū.

¶ Textus euangelij.

In illo tpe. Accesserūt ad iesum pharisei. et interrogauit eū vn⁹ ex eis legisdoctor: tēptās eū dicēs. Magr q̄ est mandatū magnū in lege, ait illi iesus. Diliges dñm deū tuuz ex toto corde tuo, in tota aīa tua & ī tota mente tua. Hoc est maximū & p̄rimū mandatū. Scōm aūt sil̄e huic. Diliges p̄rimū tuuz sicut teipm. In his duob⁹ mādat⁹ tota lex pendet et p̄phe. Congregatis autem pharisеis interrogauit eos iesus dicens. Quid vobis videt de christo cuius fili⁹ est. Dicūt ei. Dauid, ait illis. Quō ꝫ dauid in spū vocat eū dñm dicēs. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoz. Si ꝫ dauid vocat eū dñm, quō fili⁹ eius est. Et nemo poterat ei rñdere verbū, neq; ausus fuit ex illa die quisq; ampli⁹ eū interrogare Mat. xxij. Mar. xij. Luc. x. ¶ Historia huius euāgelij facta est feria tercia in hebdomada passiōis dñice in templo hierusalē. Vbi post plures parabolas quas p̄posuit x̄ps, accesserūt ad eū saducei hereti ci ñ credentes resurrectionē mortuoz. Et arguentes ꝓtra resurrectionez generalē p̄posuerūt questionē de muliere habēte septem viros fratres p ordinē defuncto p̄mo scōo tercio &c. & tandē mlier defuncta est. in resurrectione ꝫ cui⁹ vxor erit de illis septē. Et respōdit iesus. Erratis nescientes scripturas neq; virtutē dei. In resurrectiōe enī neq; nubent neq; nubent. sed erūt sicut angeli dei in celo &c. vt ptz Mat. xxij. Tunc pharisei audiētes q̄ silentiuz imposuisset saduceis. accesserūt. Et vn⁹ ex eis legisdoctor interrogauit qō esset magnū mandatuz in lege. vt dicit p̄ns euāgeliuz. Et diuidit in duas partes. Scōa ibi. Cōgregat⁹ aūt pharisеis &c. In p̄ma parte ponit q̄o legisdoctoris temptātis iesuz & dicent⁹ Magr qō est mādatū magnū ī lege. Et rñsio x̄pi dñi q̄ maxim & p̄mū mādatū eēt mādatū dilectionis dei ex toto corde &c. Et scōm sil̄e huic. Diliges p̄rimū tuū sicut teipm. Ille legisdoctor tēptauit iesum cape in sermōe, qz p̄mo venit mala intentiōe cū alijs. sed audita x̄pi vera rñsione penituit, & dixit. Magister in ꝟitate bene dixisti. vt ptz Marci xij. Et tūc x̄ps videns ei⁹ pniaz dixit. Nō longe es a regno dei vt ptz ibidē. In scōa parte euāgelij saluator nr̄ monuit sil̄r pharisеis in vnū ꝰgregat⁹ vnā q̄stionē. Cui⁹ filius sit x̄ps. Et cū rñderūt dauid, dñs iesus eos interrogauit, quō ꝫ dauid ī spū vocat eū dñm &c. Ad quā q̄stionē nō poterāt respondere, qz nō crediderūt messiā deū q̄m Dauid vocauit dñm p̄m diuinitatē &c.

Sed di, ex q̄b⁹ causis pharisei p̄le gisdoctorē sibi p̄posuerūt hāc q̄stionē. Primo vt ex rñsione eū legis trāsgressorē conuincerent. Notū est oib⁹ p̄ceptū prime table esse maioza secūdis. In p̄ma autē tabula tria sunt de q̄b⁹ erat dubiū qō illoruz esset mai⁹. Si enī x̄ps dixisz p̄mū esse maius omib⁹ sq; nō adorabis deos alienos.

obiecissent ei q̄ veniens hierosolymā diui nos honores suscepisset. Nā hec q̄stio facta fuisse credit post die palmarū feria tercia vt ptz sup̄. Si vero dixisset scōm precepti mai⁹ fuisse. Nō assumes nomē dei inuanū. i. nullā creaturā q̄ vanitati subiecta est deū appelles Illi statim obiecissent q̄ filiū dei se noiasset cū esset hō. Si aūt scōm mandatū de obseruatiōe sabbati rndisset. illi obiecissent q̄ nō custodisset sabbatū curando infirmos. Scōa causa q̄re sibi hāc q̄stionē ꝓposuerūt est vt oīderēt cū ignorātem. Nā vt dicit Origenes diu apud eos hec q̄stio versabat. q̄busdā p̄ferentib⁹ vnū mandatū. alijs vero aliud. Et vt dicit Beda alij ei hostias t sacrificia laudabāt. alij sabbati obseruationē. alij fidei t dilectiōis opa p̄ferebant. quācunq̄ ḡ opinionē christus tenuisset. videret alijs ꝯtrariū opinātib⁹ ignorans. Tercia causa est vt i dubijs haberēt aliquā certitudinez. Quarto diuinitus factū est. vt ist⁹ q̄stionis solutio t determinatio xp̄o reseruata esset. q̄ cū sit legislator suoꝝ p̄ceptoꝝ nouit gradū t ordinez. Ipe enī scit q̄d p̄ceptū sit magnū. maius t maximū. Et p q̄d velit hoies magꝭ obligatos esse. Ideo ad eū ptinuit hoc declarare

Rñdeꝛ q̄ pnīa illoꝛ habeꝛ extra de maledictis ca. Statuim⁹. vbi dr. Statuim⁹ vt si qs ꝓtra deū vl aliquē sctoꝝ suoꝝ: z matre ꝓtra beatā ꝑginē publice linguā z blasphemiā relaxare pſupserit p epm suū pene subdaꝛ inferi⁹ annotate, vicz vt septē diebꝫ dominicis p̄ foꝛibꝫ eccl'ie z mānifesto dū celebrā tur missaꝝ solēnia stare dr. Ita q̄ vltīo die dñico palliū z calciamēta nō habeat. Lūgatis calceis coꝛrigia circa collū, septēq̄ p̄cedentibꝫ sextis feriis in pane ieiunet z aqua. Eccleſiā nullaten⁹ ingreſſur⁹ q̄libet q̄s p̄dictoꝝ dieꝝ tres, si poterit alioq̄n duos reficiat paupes siue vnū. Et si neq̄ ad h̄ sup petūt ei⁹ facultates, id in penā aliā cōmuteꝛ, cui etiā si renuerit pniam supdictā pagere eccl'ie interdicaꝛ ingreſſus. z in obitu eccl'iastica careat sepultura z̄c. Iaū⁹ vide ibi dē. ℟ Naūt scꝑture sacre ꝓtradicere sīt blasphemia oñdit Damas. p exēplum dicēs. In burgūdia q̄dā cleric⁹ p potētiaz sibi q̄ndā eccl'iam scī Mauricij sibi vsurpauit. Et dū quadā die audiret legi ī eccleſia illud euāgelīū. Qui se hūliat exaltabiꝫ: ait, falsum est. Nā si ego meis aduersarijs me hūliaſſem eccīam meā nō hiem. Et ecce stati fulmen instar gladij ī os ei⁹ intonuit: z subito eū extinxit. Ex q̄ ptz q̄s gue peccatū sit ꝓtradicere scripture sacre. vl' eā ad voluntatē suā exponere ꝫ intentiōez a spū sctō nobis traditā. Hoc enī faciēs blasphemat, q: deū arguit de falsitate, q̄ ꝓtas ē infallibilis. Q̄ q̄s multi sūt tales. z plures alij q̄ iocando scripturā sacram allegāt ad res turpes. hūt vtiq̄ tales penā a deo infligēdā timere hic z ī futuro. Et singulariť hūt timere quō hmōi ioca siue ꝓuerbia ī extremis eū multipl'r verabūt. opante inimico. Et p h̄ impediāt ab his q̄ salutis sūt cogitare. Implorem⁹ g̃ dñm ieſuz vt nos a tantis mal' custodiat, sed p blasphemia et maledictiōe cozdibꝫ nr̄is bñdictō em laudē z gl'am dei infundat. Q̄ nob̄ p̄stare dignet ipe saluatoꝝ nr̄ q̄ multas iiurias z blasphemias p nobis sustinuit, q̄ est bñdict⁹ in secula Amē. De blasphemia vide plura sup̄ xxij. D. xxx. F. ℒ Adhuc de blasphemia petr⁹ damiāi ꝛfert notabile exēplū: di. Prudētis z honozati apud sect'm cuiusdā dyaconi didici narratōe q̄ refero. In bononie ināt partib̄ duo q̄dā vir'i, q̄ z amicicie inuicē federez cōpaternitaſ necessitudine tenebanť, ī ꝓuinio discūbebāt. q̄b̄ in mēsam oblat⁹ est gall⁹. quē vicz mēbratim vn⁹ eoꝝ arrepto cultello sic̄ mos est in fruſta dissecuit, tritū q̄z piper cū liq̄mine supfudit, q̄ fracto, ptin⁹ alter ait. Prozfecto cōpater sic explicuisti gallū istū. vt ipe sctūs petr⁹ etiā si velit reītegrare eū nō posset. Cui moꝝ intulit ille. Plane non mō sctūs petr⁹ ſz z si ipe de⁹ iperet gall⁹ h̄ ꝓpetuo ñ resurget. Ad hāc vocē gall⁹ repēte viuus z plumis vndiq̄ cooptus exiliuit: alas p cussit z cecinit, plumas deniq̄ ꝓcussit: totūq̄ liq̄rē sup̄ eos q̄ vescebanť aspſit. Illico sacrilegiū blasphemie temeritaſ digna pena sequitur vltōis. Nā z in aspſiōe pipis lep̄ pcussi sūt. quā vicz plagā nō mō ipi: vſq̄ ad obitū ptulerūt. ſz z posteris suis in oēs generatōes velut q̄ddā hereditariū reliq̄runt. Ulū factū est vt ī famulatū subacti sint scē Bononiēn. eccīe. q̄ vicz scī petri apl'i ē insignita vocabulo. q̄z ꝓgenies vt relatoꝝ asseruit bucusq̄ lepꝛosa h̄ illatōis canone cēsita est. vt ex opib̄ manuū suaꝝ iferāt eccleſie capisteria. Sic nimirū duplici pena. lepꝛe sil' z seruitutis addicti supplicijs instruūť vt iā temere de dīna potētia nō loq̄nť. Et gallus q̄ dudū arguerat petꝝ in tra negātē ꝓbauit petrū cuz eo q̄m negauerat in celo regnantē. Hec petr⁹ damiani. Ecce q̄s borrendū pctm̄ est blasphemia ꝓtra deū z sanctos ei⁹. z quantū deo displicet.

¶ Dñica vicesima. ¶ Sermo LXIX.

Thema. Misit rex seruos suos dicēs. Dicite inuitatis, omnia parata sūt, venite ad nuptias. Math. xxij.

Simile est regnū celoꝝ hoī regi q̄ fecit nuptias filio suo Math. xxij. In p̄cedēti dñica audistis miracl'm factū p xp̄m dñm ī curatiōe paralitici, ex q̄ multiplicē habuim⁹ doctrinā. Quō etiā auari. superbi z luxuriosi significanť p illū paraliticuz. Et quō curari debēt z̄c. Audiſt⁹ etiā q̄s gnde pctm̄ sit deū blasphemare aut sctōs ei⁹. q̄b̄ modis h̄ fiat. z ex q̄b̄ causis fugiēdū z vitandū. Et q̄ pena plectendū. In hodierno aūt euangelio dñs z saluatoꝝ nr̄ vocat oēm hoiez p parabolā ad fidē eccīe. Ipe enī est filu⁹ dei patris q̄ nuptias sibi ꝓpauit in vtero ꝑginis

Dominica vicesima

marie. Et voluit ōs pr̄ vt oēs venirem⁹ ad has nuptias vere xp̄m credēdo dei eē filiū siue filiū celest̄ pr̄is, ꝛ q̄ multi nolūt venire ad has nuptias, vt omēs ifideles. multi etiā venerūt ꝛ veniūt q̄ nō habuer̄t nec habēt vestē nuptialē. i. caritatē. q̄s rex cū itraſſet ꝛ intrabit ī iudicio particl'ari ꝛ vniuersali: ligatis māibꝫ ꝛ pedibꝫ misit ꝛ mittet in tenebras exteriores. Ne aūt hmōi penas incurram⁹ seq̄mur doctrinā apl'i ī hodierna epl'a ad Eph̄. v. dicētis. Videte quō caute ābuletis nō q̄si insipiētes, s. pctōres redimētes tps, q̄m dies mali sūt ꝓpter malicias hoim. q. d. cuilibꝫ boi necessariū ēt sit cautus ꝛ diligēs ne declinet a via recta mādatoꝝ dei, vt tādez in nuptijs illis ī fine vite sue inueniat vestē nuptialē hns. Jō dixit. Sil'e est reg. ce. boi regi tē. ꝓro gr̄a. Aue. ¶ Sil'e est reg. ce. vbi. s. Dicat̄ ꝑmo euangeliū fm textū. Scōo ei⁹ breuis intellect⁹. Et tandē dubia ad ꝓpositū. ¶ Textus. In i. t. Dicebat iesus turbis sil'itudinē hāc Sil'e factū est regnū celoꝝ boi regi q̄ fecit nuptias filio suo, ꝛ misit ſuos suos vocare inuitatos ad nuptias. et nolebant venire. Jteꝝ misit alios ſuos suos dicens Dicite inuitat̄. Ecce prādiū meuz parau. tbauri mei ꝛ altilia occisa sūt ꝛ oīa parata, venite ad nuptias. Illi āt neglexerūt ꝛ abierūt, alius in villā suā, ali⁹ ꝓo ad negociatōez suā. reliq̄ vero tenuerūt ſuos ei⁹: ꝛ ꝓtumelia affectos occiderūt. Rex āt cū audiſſz iratus est, et missis exercitibꝫ suis pdidit homicidas illos: ꝛ ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptie q̄dē parate sūt, sz q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni. Jte ḡ ad exitus viaꝝ ꝛ q̄scūq; inueneritis, vocate ad nuptias. Egressi serui ei⁹ ī vias congregauer̄t oēs q̄s inuenerūt malos et bonos. Et impleti sūt nuptie discūbētiū. Jntrauit āt rex vt videret discūbētes, ꝛ vidit ibi hoiem nō vestitū veste nuptiali, et ait illi. Amice quō huc intrasti nō hns vestē nuptialē, at ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris, ligatis pedibꝫ ei⁹ ꝛ mānibꝫ mittite euz in tenebras exteriores, ibi erit fletꝰ ꝛ stridor dentiū. Multi sūt vocati: pauci ꝓo electi. Dat. xp̄i. ¶ Hi storia p̄n̄t̄ euāgeliū facta est feria tercia p⁹ dn̄icā palmaꝝ. Nā in die palmaꝝ iesus videns ciuitatē hierl'm fleuit. Et ciecit vendētes ꝛ emētes de tēplo. Et ibidē pl'es doctrinas iudeis dixit, ꝛ eodē sero venit ī bethaniā. Altera die feria scōa itez ingressus est in tēplū, adduxerūt ei mulierē in adulterio deph̄ēnsaz, ꝛ sero itez egressus ē in bethāiaz Postea feria tercia itez ingressus ē hierl'm venit in tēplū ꝛ ml'tas pabolas eis ꝓposuit. vicz de iudice ꝛ vidua. Jtē de duobꝫ filijs. q̄z vn⁹ dixit se nō iturū in vineā p̄r̄is: ꝛ tñ iuit Alter dixit se iturū ꝛ tñ nō iuit. q̄m sequūt̄ oēs mali xp̄iani q̄ ī baptismo renūciant oīb⁹ pōpis diaboli ꝛ opib⁹ ei⁹. fil'r cōfitendo pcta sua ꝑmittētes ꝑplus se ōo seruturū. ꝛ tñ nō faciūt. Et tūc ꝓposuit eis ēt parabolā p̄n̄t̄ euāgeliū. et q̄uis euāgeliuz habeat duas ptes. Scōa ibi Jntrauit aūt rex. In ꝑma pte describit̄ stat⁹ eccīe militātis q̄ntū ad bonos ꝛ q̄ntū ad malos. q̄ sūt ꝑmixti in ea ab ei⁹ initio, vicz ab abel iusto vsq; ad finē. In scōa aūt pte tangit̄ status eccl'ie militātis q̄ ad ei⁹ finez. q̄n iudex siue rex intratur⁹ est ad discernēdū vniuscuiuſq; merita. ¶ Attn̄ ꝓpter maiorē ꝑplus intellectū decreui facere q̄tuoꝝ ꝑplus ptes. Scōa ibi, tūc ait ſuis suis. Tercia ibi. Jntrauit aūt rex vt videret discūbētes. Quarta ibi Multi aūt sūt vo. tē. In ꝑma pte saluator nr̄ ꝓponit parabolā in q̄ nob⁹ ostēdit quō ois hō sit vocat⁹ ad fidē xp̄i dn̄i, credēdo filiū dei incarnatōez q̄ sūt nuptie parate p deū p̄rem filio suo iesu Sūt aūt ꝑmū vocati scī p̄res p angelos q̄ illos instruxerūt de incarnatōe xp̄i. vt adā. noe. abraam, isaac, iacob ꝛ ceteri. Postea p legē ꝛ ꝓphas vocati sunt singl'ariť iudei ad credendum xp̄i dn̄i incarnatōem tūc futurā. sz nolebāt venire. imo occiderunt ſuos regis missos ad vocandū, vt Esaiā, hieremiā, ꝛ alios multos, ꝓpter qō rex, s. omps de⁹ missis exercitibꝫ suis pdidit homicidas illos p Titū et Vespasianū. ꝛ ciuitatē eoꝝ hierl'm euertit In scōa pte saluator nobis oñdit quō post xp̄i aduētū, cū iudei nollēt credere xp̄m venisse p legē, ꝓphas misit alios ſuos suos, i. apl'os et discipulos suos ad exit⁹ viarū. ℔ est ad gentiles vt illi venirēt ad nuptias, i. ad fidez xp̄i, p ℔ oñdens q⁹ null⁹ sit repellēdus a fide catholica, q⁹ sono apl'oꝝ ꝛ aliorum discipuloꝝ xp̄i exiuit in oēm terrā, teste ꝓpha in ps. Nō sunt loq̄le neq; fmōes: q̄z nō audiant voces eoꝝ. Null⁹ ḡ hoīm se excusare poterit, dicēs se nō nouisse neq;

audiuisse fidē xpi. In tercia pte saluator nobis oñdit q postq̃ nūc implete sūt nuptie discūbentiū, i. fideliū in eccīa catholica intrat rex ipe vicz xps dñs vt videat discūbentes. Et hoiem non vestitum veste nuptiali. id ē oēm hoiez finaliter nō hūtē caritatē mittit ligatis mānibus z pedibus in tenebras exteriores, q̃ est ad ifernales penas vbi erit fletus z stridor dentiū. In q̃rta pte euāgelii finaliter oñdit q valde pauci sūt electi respectu reprobor. imo pauci ex xpianis saluant respectu dānādor. zc. qz pncipaliter loquit de illis q venerūt ad nuptias. q̃ est ad fidē xpi q̃les nō sūt infideles. qz rex intrauit ad videndū discūbentes in nuptijs. ¶ Diceret q̃s. q̃d intelligendū est in euāgelio p regnū celor. p nuptias. p hoiem regē. z filiū eius. Rñr breuit fm Greg. q p regnū celorū intelligit ecclia militās in q̃ sūt boni z mali. z nō eterna bitudo. qz in illa null⁹ caret veste nuptiali. i. caritate. Rex aūt q fecit nuptias filio suo ē de⁹ pr. q nuptias. i. incarnationē filij sui fecit in vtero virginis marie qñ naturā hūanā dīne copulauit. ad illas nuptias vocauit oēz hoiez. s. ad credendū xpi incarnatōem vt. s. dixi. ¶ Sed itez dicit q̃s. q̃d p q̃ intelligit q in euāgelio dr. Oia sūt parata. q̃ sūt illa oia. Ad q̃ rñdet Chrys. sup Math. Oia sūt parata. qz q̃cq̃d q̃rit ad salutē iā adimpletū est in scripturis. q̃ enī igrans est inuenit ibi q̃d discat. q̃ cōtumax est inuenit ibi q̃d timeat. q̃ laborat inuenit ibi pmissa q̃b exercet ad opus. Vel oia parata dicit q̃ ptinēt ad misteriū dñice passiōis z nre redemptōnis. Hec Chrys. Sūt etiā oia parata. qz parata est scriptura q̃ docet q̃d facere z omittere debeam⁹. parata est dei misericordia p christi passionē. parata est mēsa in eucharistie sumptiōe. fm illō ps. Parasti in conspectu meo mēsaz aduersus eos q̃ tribulāt me. Parat⁹ est loc⁹ per xpm Job. xliij. Vado parare vob locum. Bonauen. aūt in fmōe b⁹ dñice sup euangeliū dicit. Oia parata sūt zc. Quis ei parare posset oia bona q̃ offert natura. q̃ fortuna. q̃ gra. q̃ etiā gla nisi ciuitas sūma cui⁹ sunt oia. Pro q̃ est notādū q dñs parauit hoi bona nature. parauit bōa fortune. parauit bona gre. parauit bōa gle. z parauit nihilomin⁹ mala pene. Bona nature a potentia creāte. bona fortune a prouidentia dispensante. bona gre a benuolētia reparāte. bona gle a miscōia ꝓseuāte. sed malus pene a iusticia iudicāte. Rōne creantis potentie de⁹ a nob est cognoscēdus. Rōne dispensantis prouidētie de⁹ est admirand⁹. Rōne reparātis benuolētie oi gratiarū actōe est extollēdus. Rōne ꝓsūmātis miscōie sūme venerādus est z laudand⁹. sz rōne punientis iusticie valde est timendus. ¶ Primo q̃ de⁹ parauit hoi bona nature. nihil ei est in mōdo a do factū q̃ aliq̃ mō nō sit ad hoiem ordinatū. Dia enī vra sūt. sicut dicit apls. i. ad Cor. iij. Nō solū ifiora sz etiā supiora. q̃dā tñ ad custodiēdū. q̃dā ad pascendū. q̃dā ad adiurādū z q̃dā ad ꝓsolandū. Et est rō q̃re in fine oim fact⁹ est homo Deus. s. vt p q̃ darer intelligi q ipe q̃dāmō esset finis oim. sicut phus dicit. ij. phisico. De hac pparatōe dr. Prouer. viij. Qñ pparabat celos aderā. qñ certa lege et gyro vallabat abyssus. qñ ethera firmabat sursum z librabat fontes aq̃rū. qñ appēdebat fundamēta terre zc. Et sequit. delicie mee esse cū filijs hoim. q. d. qz cū filijs hoim eē delicios⁹ erat mihi. Jō hoi hec bōa oia pparauit. Ubi tangunt fm lram oia mūdi corpa siue sint lumiosa vt celestia aut trāsparētia vt aer et aq̃. siue opaca vt est terra. q̃ oia sūt ppetue duratura fm essentiā. licz nō fm figurā oi hoi obseq̃ntia. Et hac g̃ p paratiōe bonor. nature de⁹ a nob ē cognoscēdus. Stultū est enī z minorē te bestijs ꝓstat esse illū nō cognoscere q̃ tibi tā alta. tā lata tā pulchra dignat⁹ est facere. nūq̃d nō canes pter modicū panis dños suos noscūt p eis bella suscipiūt z se morti exponūt. nū q̃d equi p modico feni dños suos diligūt. z aduersarios dñor. calcibus z morsibus impetunt. z q̃d discurro p domesticas feras. q̃ leo crudelissim⁹ bestiar. si recipiat ab hoie bñficiū: domestic⁹ fit. cū hoi e vadit z fidelissime ei seruit. sol⁹ igit hō bñfactorē suum mirificus nō cognoscit. sz oino ingratus existit. Qñ Greg. exprobrat hoi p hūc modū. Celū cognouit. qz eo nato p eo stellā misit. terra nouit. qz eo morīēte ꝓtremuit. sol cognouit qz in ei⁹ morte radios suos abscōdit. z mare. qz ei se calcabile pbuit. Infern⁹ cognouit. qz mortuos q̃s hēbat reddidit. Saxa z lapides cognouerūt qñ ei⁹ morte scissi sūt. Cō sidera g̃ inq̃t q̃nta sit duricia hoīs. qz nec p

bñficia nec p miracula deū cognouit. F

Secdo si hec tibi parua videnť esse attē de q̄ de⁹ parauit tibi bona fortune. Et licz hec bōa q̄ dicunť fortune sint etiā bōa nature, in ꝙ tñ differunt a p̄missis, q̄ illa sunt p̄manētia, hec autē cū tpe trāseūtia. nec sūt in suo esse stabilia, z iō denoiank a fortuna q̄ depingiť cū rota, nūc dep̄mens ista. nūc eleuans illa. Hec enī bona a deo sunt hoī p̄parata ad sensuū hūanoz solacia, z in natura adiumēta. Vide admirabilē puidentiā dei nr̄i, dederat enī hoī visum, auditus, gustū, odoratū z tactū. Attēde ḡ gña coloz. nūc alboz. nūc nigroz, nūc mediocz, q̄ tibi dedit p̄ter visum. Vide q̄t p̄sonātes vocū q̄t voces auiū modulantiū, q̄t genera musicoz instrumēcoz, q̄t etiā genera cantilenarū tibi dederit p̄ter auditū. Vide q̄t genera odoz, q̄t genera herbaz z floz, q̄t genera speciez z aliox odorabiliū corpoz tibi dederit p̄ter olfactū. Vide q̄t genera sapoz̄, q̄t genera carniū, q̄t genera piscīū, q̄t genera fructuū. q̄t genera bladoz, q̄t genera vinoz, q̄t genera olerū tibi dederit p̄ter gustum. Vide quot genera liquidoz̄, aridoz̄, q̄t genera calidorum et frigidoz̄, q̄t genera vestīmentoz z vngentoz̄ tibi data sunt p̄ter tactū. Si enī ista z alia plurima q̄ sunt dimissa diligenť p̄siderenť, valde admirabil' est de⁹ nr̄. Vide ex admiratōe solius boni gustabilis: dicebat p̄l's dei in p̄s. Nūq̄d poterit de⁹ parare mēsaz in deserto: qm̄ p̄cussit petrā z fluxerūt aq̄. Nūq̄d z panē poterit dare aut parare mēsaz p̄lo suo: Et sequiť. Mādauit nubib⁹ desup z ianuas celi apuit zc̄, pluit illis mānā zc̄, trāstulit austrū zc̄. Nōne admirabile est q̄ sexcēt̄a milia boīm: seniby: mlīeriby et paruul' cunct̄ exceptis, xl, ānis absq̄ labore pauit. q̄ eoz calciamēta z ip̄a nibilomi⁹ vestīmēta illesa oīno seruauit, q̄ panē celit⁹ pluit eis, q̄ eratvt ōr oīs sapoz̄is, qui ad numez arene mar̄ volatilia illi adduxit. Vere enī dicere poterāt illud Hester. xv. Valde admirabilis es dñe: z facies tua plena est grāz.

Si O hō si tibi nō sufficit, q̄ tibi parauit bona naturez bona fortune, saltē attende q̄ tibi parauit bona gr̄e, ex q̄ a te est valde diligend⁹. q̄ ꝙ bonū nō est bonū ventris sed mentis, dederat enī de⁹ hūane anie potētiā cognitiuā q̄ posset p amorē suo p̄n cipio adherere, dederat z opatinam q̄ suo posset regi fruire. Attende igiť o hō q̄t tibi genera dederit scientiaz p̄tēplatiuaz z actiuarū: siue materialiū z moraliū, p̄ter intellectiuā. Attende q̄t tibi dederit genera gratiaz, virtutū, donoz. beatitudinū z fructuum spūaliū, p̄ter potētiā affectiuā. Attēde nibilomin⁹ hō q̄t tibi genera dederit p̄ceptoz, p̄silioz, exēploz, p̄missionuz z cōminationuz, p̄ter opatiuam. Et si tibi pauca ista videnť, attēde q̄lez gr̄am tibi fecit dñs. dū seip̄m in p̄ciū tibi dedit i patibulo crucis. Et in cibū se tibi tradidit in sacro altaris. Et q̄ plenitudo gr̄az hoī collatarū in ꝙ vltio p̄tinet. Jō de ꝙ solo p̄ba de eo dicit. Parasti in p̄spectu meo mēsam zc̄. In hac enī mēsa q̄ xp̄i vera caro in cibū tradit̄. z ver⁹ sanguis ei⁹ in potū aie dat̄, oīs gr̄a p̄tinet. Ulī ōr in alio p̄s. Parasti in dulcedie tua paup̄i de⁹. Quid tibi de⁹ o paup hō parauit. vtiq̄ gr̄am. z ꝙ ex dulcedinis sue benuolētia. Sit ḡ tibi o hō amabil' de⁹ tuus p̄ter donū scie illustrant̄, sit tibi dulc̄ p̄ter donū gr̄e redundant̄. sit itez tibi dulcis p̄ter donū p̄silij dirigent̄, sit etiā tibi p̄ dulcis ob donū sacri altaris gr̄am augmentant̄ zc̄ Quarto si bona nature, bona fortune z bona gr̄e tibi nō videnť sufficere. Attende q̄t tibi parauit bona gl'ie, ex q̄bus nō solū est cogniscēdus, nō solū admirand⁹, nō solū toto corde amād⁹, sed sūme est venerādus. Dederat enī de⁹ hoī aīam z corp⁹, Ut ḡ beat⁹ fieret tot⁹ hō, fact⁹ ē deus hō. Ut dū ip̄e⁹ diuīnatē attēderet beatificaret in mēte. Et dū carnē aspiceret fieret beat⁹ in carne. O gl'ia sūma anie hūane p̄parata, q̄s vt Greg. dicit intellect⁹ capere sufficit illa supne ciuitat̄ quanta sint gaudia. Mā ibi ōs i sua cēntia z gl'a sua aspicit̄ Ibi de ip̄i⁹ amissiōe nullo mō timeť. Ibi deus sūme diligit̄, Ibi aīa sūma delectatōe tenetur. Ibi bonoz̄ oīm vbertate repleť. Ibi etiā eterna pace oī p̄orsus expulsa formidine z oī semota anxietate secura p̄fruitur Ibi vita q̄ nunq̄z finit̄. Ibi nec moz̄ nec seniū ptimescit̄. Ibi in cibū summū bonū apponit̄. Ibi vinū ppetue dulcedinis ministrat̄. Attende etiā ex parte corp̄is q̄t tibi bona parauit. Mā ibi visus q̄ nunc pascit̄ coloribus panis, illā regione luminosaz videbit, q̄ ex pura luce p̄sistit. Si enim sol

vn⁹ sic mōm illumīat, cogita q̄ lumīosa est regio illa q̄ est ex sua natura ex luce purissima. Ibi sunt innumerabilia corpa sup solem splendētia, vbi xp̄i hūanitas est illuminans vniuersa, et insup vbi diuīa essentia sup hec oīa radiat ī ꝑtute. Si g̃ ꝑt̄ h̄ vltimuz oc̄lus oīa supdicta intuebit: q̄nta putas dilectōe tenebit. Item si cant⁹ auiū, si cantilene hoīm sic nūc delectāt auditū, q̄d erit oīm sctōz audire cōcentū deū laudantiū, q̄d olfactui ibi erit vbi odor inestimabilis, q̄d gustui dulci⁹ summe delectabili, q̄d tactui vbi blandimēta dulcissima erūt Quid toti corpi, cui⁹ erit tanta claritas vt sup solē resplendeat, tanta agilitas vt ī momento totū mōm ptrāseat, z vbicūq̄z volet se statim īueniet, Tanta ꝑtuositas siue subtilitas vt oīe corp⁹ q̄ntūcunq̄z solidū penetrare valeat, Tanta etiā impassibilitas vt nulli passiōi subiaceat, ꝓpter hec oīa z alia infinita ꝛc Esa. lxiiij. Oculus nō vidit absq̄z te de⁹ q̄ parasti diligētib⁹ te. Et apl's h̄ dicit aptius sic. Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit q̄ ꝑparauit de⁹ his q̄ diligūt illū. j. ad Corinth. ij Ad hec igit̄ bona ab eterno hoī ꝑparata ī uitabit dñs ī die vltīa, qñ dicet Mat. xxv. Venite, ecce ab oī malo separatio, bñdicti p̄ris mei, ecce eterna bñdictio, percipite regnū, ecce sūmi honoris collatio, q̄ vobis paratū est ab origine mūdi, ecce eterna p̄destinatio, q̄ nihil aliud est q̄ ꝑparatio gratie in p̄nti: z collatio glie in futuro ꝛc. ¶

Quinto de⁹ nō cognoscētib⁹ eū ex hoīs nature: nec admirātib⁹ ex tot bonis fortune: nec diligentib⁹ ex tantis bonis gr̃e: nec venerātib⁹ ex ꝑparatiōe glie: ꝑparauit ꝑpetua mala pene, vbi semp hō finit̄ et ad penā ꝓtinue reparat̄, vbi vita oī morte acerbior inuenit̄, vbi mors nunq̄z finit̄ Et mors q̄ modo sic fugit̄ z odit̄ tunc oī affectu appetit̄, vbi oēs fame z siti periclitant̄, z tñ p̄ ter penas nihil eis apponit̄, vbi carnes alterutre ab alterutris comedunt̄, vbi corpora vermib⁹ z serpentib⁹ operiunt̄, et ab eis ꝓtinue corrodunt̄, vbi mortificatoriuz est oīe q̄d cernit̄, vbi nihil delectabile: sz tonitrua stupenda z voces horribiles demonū, vbi planct⁹ z vlulat⁹ z stridor dentiuz audiunt̄, vbi nihil nisi fetidissimū odorat̄, vbi nihil nisi amarissimū gustui p̄sentat̄, vbi calidū etiā est ī sūmo, z etiā in sūmo frigidū oīe q̄d tangit̄, talia sūt fercula z longe peiora z nūero plura, q̄ miser⁹ eternalit̄ sunt parata. Et h̄ est q̄d dicitur⁹ est dñs in die iudicij sic ꝛc Mat. xxv. Ite, in q̄ notat̄ ab oī bono diuisio, maledicti. in q̄ notatur eterna excōicatio. in ignē, in q̄ notat̄ acerbitatis penal' intēsio, eternū, in q̄ notat̄ pene ꝑpetuatio. q̄ parat⁹ est diabolo z angel' eius, in q̄ notat̄ p̄aua associatio. O q̄z dura q̄z aspa ꝑparatio. q̄z stupēda sn̄ie latio a q̄ nemo poterit abscondi, cui nō poterit resisti, nihil poterit obijci, ꝓtra quā nō poterit aduocari, z ideo in secl'a secl'oz nō restabit miser⁹ nisi pati. Ergo carissimi frēs mei q̄ vult effugere mala pene: studeat deū cognoscere ex bonis nature. studeat eum cognoscere z admirari ex bonis fortune, studeat cognoscere z admirari z amare ex bonis gr̃e, vt p hec possit attingere bona glie Hec Bonauē. in q̄daz ser. cui⁹ thema Jā parata sunt oīa, sup dñica scōa post pēthe costes. ℟ Que nūc sequunt̄ pōit Bonauē. in dñica, xx. in ser. cui⁹ thema ē. Oīa parata sunt venite ad nuptias. Vbi dicit q̄ dñs inuitat ad nuptias trip lr. Primo ē loc⁹ spacios̄issim⁹ ad cōuiuādū. Secōo cibus delicios̄issim⁹ ad reficienduz. Tercio fuus specios̄issim⁹ ad seruiēdū. Primo nuptiaz loc⁹ in celis est spacios̄issim⁹ ad cōiuandū vl' recipiēdū. Ibi est palaciū indicibile, magnitudie sūma cōfertū, cui⁹ fundamentū est oī lapide p̄cioso ꝓstructū, totū int⁹ z extra luce vestitū, cui⁹ pauimētuz est auro' gēmisq̄z varietate ꝓtextū, ℔m illud Baruch. iij. O isr'l' q̄z magna est dom⁹ dei z ingens loc⁹ possessiōis ei⁹. Quid enī celo est alti⁹. tantū enī vt plus q̄dā dicit a terra distat, vt si via plana esset et hō oī die p miliaria q̄draginta mearet in septē milib⁹ ānis pueníre nō posset. Nec mirer⁹, q̄z videm⁹ q⁹ magn⁹ ignis de nocte lucēs p longa terraz spacia valde modic⁹ apparet ꝛc. q̄nta g̃ distātia est ín q̄ sol q̄ vniuersuz mūdū suo lumine cōplet. q̄ maior terra octies esse ꝛc. sic nobis apparet ꝛc. Sed ꝓstat de monstratiue esse, pbatū q⁹ in circūferentia est sexies tātū q̄z ista sit distātia vsq̄z ad centrum. Ergo tanta latitudo z capacitas celi est. q⁹ in q̄draginta duob⁹ milib⁹ ānis circuire nō posset, Et tanta est in celo stellato

nobis vicino ꝯnta est in empyreo.latissimū ꝙ palaciuz esse cōuincit vbi regis nostri nuptie celebrant. Vñ in figura supnorū ciuiū dictū est Ysa. xxxiij. Est apud nos loc⁹ spacios⁹ ad manēduz. Et sequit.in p sona dñi seruū vnūquēqz ad nuptias inuitant. Ingredere bñdicte dñi.cur foris stas. parau domū z locū camelis. Camel sunt boes onera pnie nunc portātes. Vñ propter hāc tantā spacios⁹itatē ait ꝓpha. Statuisti in loco spacioso pedes meos. Nō talis amplitudo est in inferno. sed loc⁹ angustus et cōparatiue modic⁹ illi multitudini suoz habitātiū cōparat⁹. Haz cū terra eo ꝙ sit centrū i mūdana machina sit omniū corpoz mima.z celo cōparata sit ꝙsi nulla cū infern⁹ sit in corde terre ꝯclusus est locus artissim⁹. Jō dicit ꝓpha in ps. Sicut oues i inferno positi sūt moꝛs depascet eos ꝛc. Quare illi ꝙ in hac vita alta palacia q̄rūt.ibi ad̄o artati erūt ꝙ se mouere vix potērūt. De hac bitatōe electoz locovicz spacio sissimo z delicatissimo dixit thobias senioꝛ Thob.xij. Beat⁹ ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndū claritatē hierlm.poꝛte hierlm ex saphiro z smaragdo edificabūtur.z ex lapide p̄cioso oes circuitus muroꝝ ei⁹.ex lapide candido z mūdo oes platee ei⁹ sternent.z p vicos ei⁹ alla cantabit. Alari⁹ de hac ciuitate hierlm scripsit Johānes Apocal'.xxj.vbi noīat multos lapides p̄ciosos i fundamēto muri positos.et duodecim portas ꝛc.q̄ ibi videre poteris. Ut aūt clari⁹ intelligatis decoꝛē dom⁹ dei z locū illi⁹ ad inhabitādū sanct⁹ p̄paratū. imaginemur ꝟ in mōo regis palacuz amplissimuz vndiqz auro z coloꝛib⁹ optimis. gēmis atqz lapidib⁹ preciosis.robinis.carbunculis.saphiris.ametistis.turcis.palasijs.dyamātis smaragdis.z ceteꝛis p̄ciosissimis lapidib⁹ ornatū. O ꝯnta foꝛet delectatio tale inhabitare ꝛc. Sed q̄d cōparationis ꝟ hīe pōt ad celeste palicīū. certe minꝰ q̄ si plumbū auro.fetoꝛ odoꝛi suauissimo. fuligo coloꝛi optimo cōpareꝝ. De hoc etiā dixi supꝰ pauca ser.xlv. R.in festo ascēsiōis.

¶ Scdo in ꝟ loco spacios⁹issimo parat⁹ est cib⁹ delicios⁹issim⁹ ad reficiēdū. Nā ꝓpter delicata variaqz cibaria libēter accedūt boes ad cōuiuia. Et ꝓterea ꝓpha ait. Parasti in ꝯspectu meo mēsam. Et miruz est ꝙ de ferculis mēse tacet Et ꝟ ideo facit vt ostēdat ꝙ verbis exp̄mi nō possit. Vñ z in alio ps. dicit. Parasti in dulcedie pauperi de⁹.pauperi dicit.q̄ pauper ē regnuz celoꝝ. Ecce solā dulcedinē tangit eo ꝙ sapoꝛ hic oēs sapoꝛes trāscēdit.z est maxime nature ꝯformis. Vñ dū hāc tetigit omēs alias paruipēdit.ꝓter quod dr Hap.xvj. Paratū panē p̄stitisti eis dñe habentē omne delectamentū z omis suauitat⁹ sapoꝛes Quis enī sic insan⁹ in mūdo ꝙ si vnuz panē hīe posset q̄ sibi p oīa sapet sicut vellet. quē dū gustaret totū inueniret.q̄ si aliū petēret fatuus iudicaret. Tal' est ille celestis panis.de q̄ q̄ semel gustauerit q̄cq̄d volet in ꝑpetuū obtinebit. Sed carnales sensualibus dediti z diuīa luce ꝑuati ista non credūt. Sil'es auib⁹ illis quaꝝ intuitū noꝛ illuminat. dies cecat. Sed ꝟ tñ attēdite et apud vosip̄os ꝓpria rōne ꝯferte. Si dominus inimicis suis z mal'seruis tradidit in cibū tot genera piscīū.tot genera volatiliuz. tot genera anīaliū.tot genera sapoꝝ.tot genera liquoꝝ lactis z mellis:oleiz diuersoꝝ vinoꝝ.tot genera pomoꝝum. z tot genera bladoꝝ.q̄d putas daturus est filijs suis et amicis ꝓ q̄bus liberādis aīam suā dedit. Nulli igit dubiū esse dz ꝙ innumerabilia sunt bona filioꝝ. Nūc bona tpalia ꝟ cōtinentiū q̄n tanta maloꝝ passus est bona ce seruoꝝ. ¶ Tercio est ibi Fuus speciosissimus ad mīstrādū. Nā ille q̄ ē speciosus forma p̄ filijs hoīm. imo vt Beda dicit p̄ milib⁹ angeloꝝ erit in his nuptijs ministratoꝛ Lu.xij. Precinget se z faciet illos discūbere. Et quō ibi putas posse deficere vllū bonū. vbi q̄ seruit est summū bonum. Quale igit illud est bonuz qō excedit oīe qō p̄t dici.qō pōt audiri.qō pōt cogitari. ſm illud apli.j.ad Coꝛ.ij. Oculus n̄ vidit nec auris audiuit.nec in coꝛ hoīs ascendit Vñ de his trib⁹ dr in figura.iij. Re.x. Videns regina saba sapiam salomonis et domū ei⁹.ꝟ ꝯntū ad ꝑmū mēbꝛū.z cibos mēse ei⁹.z ꝟ ꝯntū ad scdm.z ordinē mīstrantium.z ꝟ ꝯntū ad terciū.non habebat vltra spm̄.dixitqz ad regē. ver⁹ est sermo quē audiui in terra mea sup̄ sermonib⁹ tuis et sup̄ sapia tua. Et nō credeb ā narrantib⁹ mihi donec veni z vidi oculis meis.z ꝓbaui ꝙ media pars mihi nūciata nō fuit. Maio-

ra enī sunt opa tua q̄s rumor quez audiui. beati inq̄t fui tui. ¶ Dubitaf ꝓsequē quō ꝑ intelligere debem⁹ cū or in euangelio. Intrauit aūt rex vt videret discūbentes. Quō intrat rex cū sit vbiq; Rndet Chrys. Intrat nō qz alicubi ipe nō est, sz vbi vult p iudiciū aspicere ibi or pns. vbi autē non vult ibi absens videf. Dies aūt aspectiōis est dies iudicij. qñ visitatur⁹ est xpianos q̄ sup mēsaz scripturaz recūbūt. Sed di. q̄re singularit dicit. Vidit hoiem nō vestituz veste nuptiali. t nō dicit hoies. Rndz san. Tho. in postilla. q ideo. qz vni⁹ sunt generis oēs q̄ seruāt maliciā post fidē quaz habuerūt ante fidez. i. pctīm. Intrat ḡ ad nuptias sine veste nuptiali q̄ in ecclīa fidē hz. sed caritatē nō hz. Ex illo apte oñdit q nō solū dānanf infideles vt aliq̄z erroz t hereses credit dicentiū q nullus xpian⁹ dānaf. ex illo. q̄ crediderit t baptizat⁹ fuerit salu⁹ erit tc. Patet. Naz hic saluator dicit illi q̄ fuit in nuptijs. Amice quō huc intrasti tc. Nullus aūt infidel' saltez vt talis venit ad nuptias ecclie militātis p fidē credendo tc. Ergo specialr xps hic loquit ō xpianis. de q̄bz tandē dicit Pauci sunt electi. O

Sz di. q̄re xps vocat pctōrē dānādum amicū. Rndet q or amic⁹ ei⁹ rōne fidei suscepte t sacramētoz participatōe. ac si diceret. Amice quō huc intrasti. Ecce baptizat⁹ es. ꝓfessus. eucharistia t sacra vnctōe ꝓcurat⁹. fmones audisti in q̄bz vitā emendare potuisti t nō fecisti. quō ḡ huc intrasti sine veste nuptiali. i. sine caritate. cum nihil tibi defuit ad acq̄rendū eā si voluisses tc. De his vestibz hr Apoca. xvj. Beat⁹ q̄ vigilat t custodit vestimēta sua ne nudus ambulet t videāt turpitudinē ei⁹. vbi fm oīm doctoz catholicoz sniam vestimenta sunt ꝓbitates caritate formate. Aud⁹ ḡ ambulat q̄ sine caritate vitā suā termiat. Ex illis habef q̄ necesse est hoi nō solū cogitare de pctis cōmissiōis quib⁹ deū offendit sz etiā omissiōis. nā dīs dimissis oīb⁹ pctis cōmissiōis isti⁹ hois. solū examiat cum de pctis omissiōis q̄ nō habuit vestē nuptialē. Nō enī aliq̄d sibi obiecit de mal' q̄ fecit. sed solū ꝑ q̄ nō habuit qđ hīe debuit Vñ Aug. in q̄daz sermōe. Multi sunt q̄ putāt q̄ ad vitā eternā eis sufficiat si mala opera nō fecerint. sz q̄ se illa falsa securitate decipiunt diffinitiue cognoscāt. q̄ nulli xpiano sufficit q̄ tm̄modo malū nō fecerit nisi inquantū potuerit etiā q̄ sunt bona cōpleuerit. qz ille q̄ dixit. diuerte a malo. ipe sub iūgit. t fac bonū. ipe enī terribiliter in euangelio nos āmonet dicēs. Omnis arbor que nō facit fructū bonū excidef t in ignē mittetur. Nō dixit q̄ facit fructū maluz. sz que nō facit fructū bonuz. Ita t in finali iudicio dicet. Discedite a me maledicti in ignē eternū tc. Et sequit. Esurui t nō dedistis mihi māducare tc. O de⁹ si ita dānabunt p omissis bōis. q̄d tūc fiet p mal' cōmissis. q̄s magna erit illoz dānatio. ¶ Dubitaf ꝓsequēter sup ꝓbis istis. ligatis mānibz et pedibz mittite eum in tenebras exteriores. Quō pctōr ligaf manibz t pedibz. t an ī inferno dānati patiant reales tenebras. Ad ꝑ dicendū est ꝓmo fm Greg. q̄ pedes sūt affect⁹. t man⁹ sunt opa. t hec ligabunt in morte. in iudicio particulari. aut etiaz vniuersali. qz tūc nō erit mal' facultas benevolendi vl' opandi. Iō dicit Greg. Ligabuntur tūc man⁹ t pedes p districtionē snie q̄ nūc a prauis opib⁹ ligari nolūt p melioratiōnē vite. fm Orige. vero tunc ligat pena q̄s mō a bonis opib⁹ ligat culpa. Pedes enī q̄ negligūt tā egrū visitare. man⁹ q̄ nihil indigentib⁹ tribuūt a bono opere iam ex voluntate ligant ex vicio: tūc inuite ligabūtur ex supplicio. Pctōr enī strict⁹ in ꝑ mūdo ligaf q̄s ligent bruta aialia. Nā ligatur memoria ne recolat būficia dei. saltē in bonū suū. ligaf volūtas ne desideret vera bona. ligaf coz ne penas inferni t mortē cogitet t mala q̄ incurrit manēs in statu peccati. Et sic ꝓsequēter declarādo de oīb⁹ aie potētijs int⁹ t exteri⁹ q̄ oēs fortit ligant. vt sicut peccator fuit ligat⁹ in culpa. sic digne ligatus erit in pena. Sc̄dō dicendum est fm Gre. q̄ duplices sūt tenebre. s. iteriores t exteriores. Interiores sūt cecitas cordis Pctōr ei hic ī via ē in tenebrz iteriorib⁹. qz adhuc ēt spe vēie. In iferno āt erit in tenebrz exteriorib⁹. qz erit extra ābitū dīne miseri cordie: t sine oī spe etne gl'e. vñ Beda. In iferno nll'a ē redēptio nec dolor mitigatio. ḡ notant or ī euāg. In tenebras exteriores. Tūc ḡ q̄sq; dānat⁹ ñ ī interiores sz exteriores tenebras mittit. qñ illic inuitus proiicit in noctem dānatōis q̄ hic spōte cecidit in ce-

citatē cordis. De his tenebr' exteriorib' est dicēdus tercio ꝑm Richar. in .iiij. di. l. q' lumē p se est delectabile, p accidēs ꝙo ꝓt esse tristabile inq̄ntū aliq̄d oñdit qđ displicet. Et q' infern' loc' est oīs tristicie, iō simpliciter est loc' tenebrosus: in q̄ non est aliq̄ purū lumē qđ visus delectet, est tñ ibi aliq̄ lumē obscuritate ꝑmixtū q̄ dānati videre possint vñ doleāt. Et idē vult Bre. ix. moral'. versus finē dicēs. Ignis inferni q̄s uis ad ꝙsolatōem nō luceat: tñ vt magis torqueat ad aliq̄d lucet. Hā seq̄ces q̄sq̄ suos secū in tormēto reprobi flāma illustrāte visuri sunt q̄z amore deliq̄rūt. vt ptz in exemplo. Hoc idē dicit in ſnia Ysido. li. j. de sūmo bono, ignē gehenne ad aliq̄d lumē hīe ad aliq̄d vero nō hīe. Hoc est enī hīe lumen ad dānatōem vt videāt impij vñ doleant, z nō hīe ad ꝙsolatōem ne videāt vñ gaudeāt. Apta fuit cōparatio de camino triū puerorū ad exēplū ignis gehēne. Naz sicut ignis ille nō arsit ad triū puerorū suppliciū, z arsit ad cōburenda ligamia vinculorū. Ita ignis gehēne lucebit miser' ad augmentū penaꝝ vt videāt vñ doleāt, z non lucebit ad ꝙsolatōem ne videāt vñ gaudeant. Et subiūgit dicēs. Inter h' vite et future infelicitat' miseriā multa discretio est. Illic enī miseria est ꝓpter cruciationē doloꝝ, z tenebre ꝓpter luc' auersionē. q̄z vnuz in hac vita est, i. miseria, z aliud nō est, in inferno aūt vtrūq̄z est. Hec ille. ¶ Ex illis ḡ ptz q' simplr' loc' inferni est tenebrosus ad quē sol nō expādit lumen suū, non luna nec stelle, in q̄ nihil videbit nisi qđ hz incutere terorē. Sicut Exo. x. de tenebris egypti dixit dñs ad moysen. Extende manū tuā in celū: z sint tenebre sup terrā egypti tā dense vt palpari q̄ant. extēditq̄z moyses man' in celū z facte sūt tenebre horribiles in vniuersa tra egypti. tribꝰ diebꝰ nemo vidit frēm suū. nec mouit se de loco in q̄ erat. Ubicūq̄z aūt habitabant filij israel lux erat. Sup q̄ verba dicit Nico. de ly. q' tenebre ille iō dicunt horribiles, q' iter illas videbāt egyptij visiōe imaginaria fantasmata q̄dā z figuras turpes q̄ nō paruū eis ingerebāt timorē. Ita z i inferno horribiles tenebre sunt z erūt. q' dānati inter illas vere videbunt se mutuo inter tormentoꝝ angustias laborātes. visiōe imaginaria inspiciēt malignos spūs. q̄ dānatis diuersis modis z figur' horrēdissimis apparebūt. Utinā hec q̄tidie ponerem' añ oculos nr̄os z cogitarem' q̄z dolēda z terribil' erit illa hora q̄ miser pctōr intrabit infernū nunq̄z visur' lucē durāte ℔ mōo. z post iudiciū ꝑ infinita secl'a. De ℔ ps. xliij. Introibit vsq̄z in ꝓgenies patrū suoꝝ: vsq̄z i eternū nō videbit lumē. O q̄ntus timor cor ei' tūc inuadet cū videbit noctez sine die tam longissimā sibi factā. Hā si in ℔ mōo viderent boīes noctē ꝓtrahi vsq̄z ad mēsem vel ānū cū cti clamarēt ad sidera miscōiam. q̄d tūc fiet de tot milibꝰ ānoꝝ q̄z nō est nūer' licet post iudiciū tps nō erit neq̄z mot'. q̄a celū stabit. est tñ ꝓpetuitas. Qual' ḡ erit cōsolatio miseris dānat'. q̄d cogitabūt. q̄d dicent i tenebris iferni. vbi nō solum ꝑmanēt in eternū oī splēdore z luce delectabili. sed vt supꝰ dixi q̄cq̄d videre poterūt accedet eis ad luctū z merorē. Uñ z gentiles phi z poete plura de his tenebris scripser't Hā Virgilius in Georgicis. j. li. dicit. Impiaq̄z eternā timuerūt secl'a mortē. Hec de tenebris interioribꝰ z exterioribꝰ. z singulariter infernalibꝰ. ¶ Dubitat' ꝙseq̄nter vtrū in dānat' erit realis fletꝰ z stridor dentiū. z q̄d facient ex tali stridore. an blasphemabūt deū z̄c. Ad ℔ dicit Richar. in q̄rto dis. l. q' nō erit ibi corpalis fletꝰ inq̄ntū ē q̄ dā resolutio corpaliū lachrymaꝝ. q' tal' resolutio tūc nō erit: sed ꝑtinet ad corruptibilem statū. tñ erit ibi maxim' dolor interior q̄ signicabit' ꝑ signa in facie z i ocul' cū turbatiōe z motu capit': z cū stridore dentiū: vultuq̄z tristicia. q' in iferno nō erit' generatio aliq̄ lachrymaꝝ sic hic i mōo. imo p' die iudicij cessabit oīs generatio et corruptio. q' celū stabit: flebūt tñ dānati z vlulabūt sine ꝙsolatōe. Sile' dr q̄nq̄z. Ecce quō flet ille z nullā emittit lachrymā. z tñ ñ mi' turbat' q̄z si lachrymas admitteret. Quis aūt explicare ꝑt q̄nt' meror erit in cordibꝰ dānatoꝝ. iter illos strepit': vlulat' z q̄relaī lamētatōes z blasphemias. O bti q̄ nūc lugent vt ait xp̄s Math. v. q̄m ipi ꝙsolabūtur saltē cū patiētia. vt sūt q̄ cōmittūt se diuine bōitati z volūtati i oī tribulatōe. et indicant se digne pati q̄ patiunt: z longe maiora demeruisse. Et econtrario de illis qui nunc i voluptate viuētes rident et letāt'.

Nã talibꝫ dicit dñs Lu. vj. Ve vob q̃ nũc ridetis. qz lugebitis z flebitis zc. Quãt dãnati inꝰ tot vlulatꝰ z lamẽta blasphemabũt z maledicẽt seipos: parẽtes suos: deũ et angelos: z oẽm creaturã oñdit Apocal. xvj. vbi dr. Factũ est regnũ eiꝰ tenebrosuz z cõmãducauerũt linguas suas p̃ dolore z blasphemauerũt deũ celi p̃ doloribꝫ z vulneribus suis. De hac blasphemia dãnatorũ et lamẽtatiõe est vnũ exẽplũ notabile qđ scribit in sũma de septẽ donis. Cũ q̃dã vsurarius infirmaret ad mortẽ: nec sacerdos vellet ei sacra ꝓferre nisi restitueret vl' cautõez faceret de restituẽdo: illeq; recusaret, hortabant eũ ad ℔ filiũ sui ne ad infernũ descẽderet moriẽs. Ille ꝓo rñdebat. Nescio q̃d petatis. Si vellẽ mala ablata restituere relinquerẽ vos paupes z egenos. Diuisq; est se ꝓmittere miscõie dei q̃s miscõe hoim Et in hac ptinacia mortuꝰ est vsurariꝰ ille z in inferno sepultꝰ. Ex filiꝭs aũt eiꝰ duobꝫ dixit vnꝰ ad alterꝫ, pr̃ nr̃ dãnatꝰ est, nõ imitemur eũ retinẽdo vsuras p illũ extortas: sed reddamꝰ creditoribꝫ vt saluari possimꝰ. At ille rñdit. Ego meã ptẽ retinebo nec illã restituere curo. Si pr̃ nr̃ vsuras fecit z nõ restituit, ipe nõ ego penã portet. Alter g̃ portionẽ suã restituit z secm̃ deserẽs dei obsequio se totũ tradidit, dũ aũt q̃ in secl'o remãserat mũdanis se imergeret infirmatus ad mortẽ nec penitẽs: secutꝰ est ꝑiem. Qđ frat audiẽs rogauit deũ vt ꝑiis z frib̃ statum ei dignaret oñdere. Una igit̃ diez cũ oraret: vidit trã aptã z i inferno ꝑiem i flãmis penit̃ sepultũ: z filiũ eiꝰ frem suũ iacentẽ sup eum. Maledicebatq; pater filium dicens. Maledicta sit hora in q̃ te genui fili. Et tu sis maledictꝰ, qz ꝓpter te feci vsuras, nec volui restituere ne te paupem relinq̃rẽ. Et ꝓpt ℔ crucior i hac flãma, z filiꝰ rñdebat. Maledictꝰ sis tu pr̃: et maledicta dies in q̃ me genuisti. qz exẽplo tuo docuisti me fenerari Et vsuras extortas noluisti reddere, ꝓpt q̃s crucior i inferno. Et post ãbo pariter ciulantes blasphemabãt cũcta creata z creatorẽ illorũ. qđ cernẽs ille ꝙꝰ dei gr̃as deo egit q̃ eũ de tãto malo lib̃auit. Utinã ℔ exẽplũ cordibꝫ suis infigerẽt oẽs vsurariꝭ, oñs raptores, fures, sacrilegi, paupeꝝ oppssores, oẽs deniq; cũ dolis z fraudulosꝭ suis ꝯctib̃ꝰ, ꝑiim circũueniẽtes, oẽs etiã diuites auari q̃ etiã si ñ bient male acq̃sita qđ rarissimũ est, hñt tñ supflua de q̃bꝫ paupibꝫ subuenire deberẽt, imo z oẽs paupes q̃z infinit̃ est nũerꝰ q̃ vbicũq; possẽt ꝑiim i vno denario circũuenire et decipe parati sunt. Oẽs mechanici infidelr laborẽ suũ facientes. Oẽs etiã opariꝭ ꝑ denario diurno, q̃ntis fraudibꝫ z dolis laborẽ suũ negligenter faciũt Et sic de nũero illoz sũt q̃ res tpales licz modicas male acq̃rũt: ne tandẽ veniãt cũ p̃missis vsurariꝭ i tenebrosuz carcerez inferni sine oi spe ꝙsolatoꝭ z redẽptoꝭ zc. Ille exẽplũ dixi, s. lix. L. de q̃dã vsurario zc. ℣ Dubitat ꝙseq̃nt quo intelligere debeamꝰ ꝙbũ saluatoz in fine euãgelij. Multi sũt vocati pauci ꝙo electi, cũ electorũ nũerꝰ ꝑm Gre. eq̃parabit̃ angel' stãtibꝫ. Et cũ solũ tercia ꝑs angelorũ cecidit. Sic g̃ oporteret q̃ nũerꝰ electoz eẽt duplus ad numez angloz cadentiũ sive demoniũ. Et p ꝙseq̃ns nõ pauci sz multi sũt electi. Ad ℔ cõiter dicũt doct. q̃ sz multi sint electi vt iã dictũ est ꝑm Gre. z ꝑm alios doct. ad minꝰ tot q̃t sũt demões q̃ de cel' ceciderunt. attñ adhuc electi dicunt̃ pauci cõparatiue respectu dãnadoz. qz lata est via q̃ ducit ad pditionẽ. z arta via est q̃ ducit ad vitã. Mat. vij. Quis g̃ poterit explicare nũerũ dãnadoz final'r. Timenduz est g̃ xp̃ianis ne eo modo intrẽt in regnũ celoz q̃ filiꝭ isrl' intrauerũt in terrã p̃missiois Nã multi egyptũ exiuerũt a viginti ãnis z sup̃ ad bella parati, vicz sexcenta milia, tria milia q̃ngenti et q̃nq̃ginta, nõ computat̃ seniꝭ bellare nõ potẽtibꝫ neq; parvul' z mlieribꝫ Et tñ ex oibus illis solũ duo venerũt in trã p̃missionis vicz Josue z caleph. Sz ãre ℔. certe qz nolũt venire p viã q̃ ducit ad nuptias eternę felicitat̃. q̃ est arta vt. s. Et tñ dñs oñs vocat i euãgelio, dicẽs oia eẽ parata. Igit̃ apl's nos auisat in hodierna epl'a vt caute ambulem. Totus ei mũdus in maligno posit̃ est. j. Joh. v. Qui aũt caute vult ambulare sive prudẽter dz respicere inítiũ vie id est, vite sue, mediũ z finẽ. Vñ Bern. O hõ ꝙsidera vñ venis z erubesce, vbi es z ingemisce, q̃ vadis z ꝓtremisce, attẽde ex q̃ veneris materia. i q̃ sis miseria, ad quẽ finẽ tendas p pctã sez in gehennã. ¶ Sz dicẽs, sunt ne ad ℔ aliq̃ figure ex q̃bꝫ cognoscere possez numez electoz esse tam parũ

respectu dānādoꝝ. Rūr q sic, qꝛ ad ℔ sunt plures figure veterꝫ testa, ꝛ nouī testa, Prīma figura est de archa noe in q̄ soluꝫ octo homies saluati sūt, vicꝫ noeꝫ tres filij sui ꝛ vxores eoꝝ, iō dr Eccēs. j. Stultoꝝ, i. peccatoꝝ dānādoꝝ infinit⁹ ē numer⁹. Scōa figura de terra egypti egressis in trā pmissionis ex magno nūero vt. s., solū duo. Tercia figura in nouo testamēto p decē leprosos q̄ fuerunt mūdati ꝛ solū vn⁹ grās egit. Quarta figura ex vita hoīm qꝛ solum iusti saluant, ſm illud ps., Hec porta dñi iusti intrabūt p eā. Sz heu plēs sūt iniusti ꝛ mali q̄ boni. vt ptz ex dictꝫ, qꝛ nūc in mōdo potēter regnāt superbia, auaricia, luxuria et gula ſm illud. j. Joh. ij. Oīe qđ ē in mōdo aut ē ꝓcupīa carnis. aut oculoꝝ, aut superbia vite. Longe enī plēs sunt superbi q̄ būiles ī oī statu, Longe plēs auari q̄ misericordes, ꝛ longe plēs luxuriosi q̄ casti, plēs gulosi q̄ tēperati ꝛc. Plures deceptores ꝛ mēdaces q̄ iusticiā amātes ꝛ veraces. Jō q̄libet debet deū timere, ꝛ ſm aplm vbi. s., caute ambulare. Hā si in vltima cena dū xp̄s dixit, vn⁹ ex vob me tradet, q̄libet aplōꝝ sibi timuit dicēs, nūq̄d ego sum dñe? A fortiori q̄libet sibi nūc timere dz, dū scim⁹ ex ꝓbis xp̄i multos vocatos ꝛ paucos electos. Illa ꝓba sīt vtiq̄ tribilia oīb hoīb ea audiētibꝫ ꝛ corde aduertētibꝫ, Utinā illa ꝓsideraret singl'arit' illi q̄ ad alioꝝ regimē sūt deputati spūales ꝛ secl'ares in q̄nto piculo coꝝporis ꝛ aīe sunt positi. Paucissimi enī sunt q̄ bñ gubernāt aīas suas, quō tunc gubernabūt alios. Recte sic ille q̄ nesciret gubernare paruā nauiculā ꝛ vellz gubernare magnā nauim. Illā sicut pisciculi euadūt rhetia q̄bꝫ magni capiūt, sic in paruo statu pt q̄s euadere eternā dānationeꝫ ꝛ in magno pire. Uñ saluatoꝝ dicit sign'r de malis xp̄ianis, qꝛ de eo loquit q̄ in nuptijs nō habuit vestē nuptialē, ligatꝫ manibꝫ ꝛ pedibꝫ ꝛc. Et subiūgit, multi sūt vocati ꝛc, q. d, multi sunt vocati imo oēs. Et multi venerūt ad fidē, sz pauci ex illis electi vt. s., Rogem⁹ g dñm iesum vt sic ad nuptias in eccīa militante vocati sum⁹ ꝛ venim⁹, ita sua misericordia ꝛ grā p suā amarissimā passionem ꝛ mortē nob succurrat vt ī veste nuptiali corā ipo in iudicio particulari ꝛ vniuersali cōpeream⁹, Amē.

¶ Dñica vicesimaꝑma. ¶ Ser. LXX

O Dmine descēde priusq̄ moriat fili⁹ me⁹ Joh. iij. ꝛ in euāge. hodierno, In ꝓcedēti dñica audistꝫ quō omps de⁹ oēs hoies vocauit ad nuptias. i. ad fidē xp̄i. Et q̄ implete sūt nuptie discūbentiū ī eccīa militāte ex bonis ꝛ malis, ꝛ quō etiā rex intrauit vt videret discūbētes: ꝛ vidit homiem sine veste nuptiali quē ligatū mānibꝫ ꝛ pedibus iussit mitti in tenebras exteriores, qꝛ nullus sine caritate poterit venire ad etnā bītudinē. Hodie aūt in euāgelio instruimur q̄ si q̄s caritatē pdidit cadēdo in pctm̄ mortale q̄ roget deū vt descēdat p auxiliū grē sue viuificādo aīam suā ne tādē incurrat eternā mortē, vt āt grās ℔ obtinēdi a ꝺo ꝓseqū possim⁹ seq̄mur doctrinā apli ī hodierna epistola ad Eph. vj. scripta, q̄ hortat vt arme m⁹ nos ꝺ insidias diaboli. A Sunt aūt q̄tuoꝝ ꝓtutes cardiales arma nra spūalia, ab anteriori pte prudētia c⁹ est futura mala pcauere. A posteriori iusticia, c⁹ est ꝺ pterita malis satisfacere. A dextrꝫ ē tpantia ne eleuemur in psperꝫ. A sinistrꝫ est fortitudo, ne deprimamur in aduersis. Sollicite cauēdū ē nob ab hostibꝫ nris, qꝛ multi sūt. Uñ Bonauē, Sic athami in sole: sic sē dēmones ī aere, ꝛ qꝛ sūt pleni iuidia inuisibiles ꝛ astuti. Jō nccē ē nob vt sim⁹ cauti, sic audistꝫ in dñica pcedēti. Inuocem⁹ g dñm iesuꝫ vt descēdat pusq̄ moriat fili⁹ nr. ℔ est mens nra siue aīa nra ppetua dānatiōe vt sup. Pro grā. Aue. ¶ Dñe descēde, vbi. s. Dicat pmo textꝰ euāgelij. Scōo ei⁹ breuis intellect⁹. Et tandē dubitatōes ꝛc.

¶ Textus euangelij.

In i. t. Erat q̄dā regul⁹ cui⁹ filius infirmabat capharnaū. ℔ cū audisset qꝛ vēit iesus a iudea in galileā, abijt ad eū ꝛ rogabat eū vt descēderet ꝛ sanarꝫ filiū ei⁹, incipiebat ei mori. Dixit g iesus ad eū, Nisi sig̃ ꝛ prodigia videritꝫ nō creditꝫ. Dixit ad eū regul⁹, Dñe descēde pusq̄ moriat fili⁹ me⁹. Dicit ei iesus, Uade fili⁹ tu⁹ viuit. Credidit hō ſmoni quē dixit ei iesus: ꝛ ibat. Jā āt eo descendēte fui occurrerūt ei ꝛ nūciauerūt dicētes qꝛ fili⁹ eius viueret. Interrogauit g horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerūt ei. qꝛ heri hora septia reliq̄t euꝫ febris. Cognouit g pr qꝛ illa hora erat in q̄ dixit ei iesus, fili⁹ tu⁹ viuit, ꝛ credidit ipe ꝛ do

nus ei⁹ tota Joh. iiij. ¶ Miraculū h⁹ euāgelij factū ē anno .xxxj. etat⁊ xpi. ℔ est anno p̄ño p̄dicatōis sue. vj. kal'. nouēbris. id ē. in vigilia simonis et iude. Vñ post⁊ dñs in samaria loq̄bat mlieri circa puteū. dicēdo ei quō q̄nq⁊ viros habuisset, ⁊ quē nūc hīet nō ess⁊ vir ei⁹, tandē venit ī chana galilee vbi p̄us mutauit aquā in vinū. Et ibidē inuenit eū regul⁹, rogādo vt descenderet secū ī capharnaū. q⁊ villa que vocabat chana erat ī alto situata respectu capharnaū. Et vt sanaret filiū ei⁹ ⁊c. vt dic euāgelistā. Et h⁊ in se duas ptes ℣cōa ibi. Dicit ei ihesus, vade fili⁹ tuus viuit. In p̄ma pte euāgelista ponit petitōez ⁊ desideriū regulis xp̄o dño vt descēderet ⁊ sanaret filiuz ei⁹ q⁊ incipiebat mori. i. laborabat ī extremis. quē xp̄s arguit di. Nisi sig̃ et ꝓdigia ⁊c. q. d. ex signis ⁊ miracul' meis. hic aquā in vinū ꝓuertendo, ⁊ alia miracl'a faciēdo cū le prosis ⁊ alijs infirmis solo ℣bo ⁊ volūtate debuisti credere me ñ esse purū hoiem. sed deū ⁊ hoiem. q̄ si credidisses nō fuisset tibi necesse petere vt descenderē ad sanāduz filiū tuū. q⁊ ℔m naturā dīnā sum vbiq⁊, ⁊ tā ampliora q̄ris miracl'a ⁊ ī fide facillas ⁊c. In ſcōa pte ponit ad repetendū oīoem regul⁹, dñe descēde p̄usq⁊ moriat fili⁹ meus, ip̄i⁹ reguli exauditio. q̄uis adhuc ñ crederet eū esse deū. ſ⁊ pot⁹ magnū ꝓphaz, dubitauit enī de ei⁹ diuīitate. q⁊ dixit. descende p̄usq⁊ moriat fili⁹ me⁹. q. d. tua p̄ntia poss⁊ eū cōfuare in vita. ſ⁊ te absente moriet. Jō ad corroborādū illū regulū ī fide xp̄s ei dixit. vade fili⁹ tuus viuit. i. san⁹ est. q̄ et regul⁹ credidit ⁊ abijt. ſ⁊ eo descēdente fui ei⁹ nūciauerūt eū sanū factū. tp̄s ⁊ hora sanitatis ad introgatōez p̄ris oñdētes. ex q̄bꝰ regulus cognuit filiū suū sanū factū illa hora q̄n ihesus dixit. vade fili⁹ tu⁹ viuit. Et ex ℔ credidit ip̄e et dom⁹ ei⁹ tota. Ille regul⁹ se habuit sic hodie faciūt multi infirmi corpal'r ⁊ spūal'r. q̄ tpe sanitat⁊ modicū curāt ō medicis corpoꝛ ⁊ aiaꝛ. Nō q̄rit medicus corpoꝛ tpe sanitat⁊ vl' rarissime. ita nec medicus aiaꝛ siue ꝓfessor sibi de salute aie ꝓsumere valēs. cū tñ tpe sanitat⁊ magis ess⁊ necessitas. ſ⁊ tpe infirmitat⁊ corpis medic⁹ diligenter ⁊ vocat⁊ ⁊ gaudent⁊ suscipit. et aliq̄n tpe infirmitatis spūal' q̄rit medic⁹ q̄n timet de piculo mortis. vbi tūc vix p̄t esse ꝓ a pec catoꝛ detestatio. q⁊ pl⁹ mortis ⁊ penaꝛ timore q̄z ōi amore ꝓfitent⁊ ⁊c. Ergo ecc̄ia volens hūc errorē tollere statuit ī ca. Cū infirmitas. de pe. ⁊ re. q⁹ medic⁹ corpal'i ī tali statu infirmitat⁊, nō p̄us porrigat medicinaz corpalez q̄z sit recepta medicina spūal'. Si ita fiat scīūt infirmi. ⁊ tñ ponit⁊ p̄ena excōicatōis ferēda ⁊ īfligenda ip̄i medico si sec⁹ fecerit. sic fecit ille regul⁹. q⁊ modicū curauit de dño ihesu saluatore nr̄o q̄ est medicus corpoꝛ ⁊ aiaꝛ. dū fili⁹ ei⁹ sanus erat. ſ⁊ tpe infirmitat⁊ sue eū cū mag̃ diligētia ⁊ instantia q̄siuit. Et ōr regul⁹ q⁊ potēs erat q̄i pu⁹ rex. q⁊ multos sub se hēbat p̄ cesarē aut berodē ad custodiā ciuitatis capharnaū deputatus. ¶ Dubitat⁊ quā doctrinā habeamus ex ℔ euāge. ⁊ sig̃nter ex ℣bis reguli dicētis. Dñe descēde p̄usq⁊ moriat⁊ filius meus ⁊c. Rñr. q⁹ plēs doctrinas habem⁹. p̄ria q⁹ pentes ⁊ alij domiby p̄si dētes infirmis sine dilatōe mittāt p medic⁊ aiaꝛ. i. cōfessoribꝰ. vt. s. de pe. ⁊ re. ca. Cū infirmitas. Et nō solū adulti ſ⁊ etiā pueri. x. ix. viij. vij. imo. vj. ānoꝛ. in q̄bꝰ aliq̄lis vsus est rōnis. Sicut Hre. i li. dyal'. refert dān atū puerus q̄nq⁊ ānoꝛ maledicentē in sinu p̄ris. ptz illud. infirmitas freq̄nt accidit ex pcō. vt dicit c. Cū infirmitas. vbi. s. igit⁊ cessante causa morbi facil'r curat⁊ morbꝰ. hec pentes pueris suis infirmis ⁊ familie deberēt declarare. ℣cōa doctrīa q⁹ in ℔ euāg. arguit⁊ oēs nō firmit⁊ credentes siue in fide dubitātes. aut scīpturis sctis ꝺdicentes. cū dñs dicit. Nisi sig̃ ⁊ pdigia videritis, nō creditis. q̄les sūt q̄ dicūt. Si ad nos venirēt mortui ⁊ ō statu alteri⁹ mōi declararēt ⁊c. crederemus eis ⁊c. q̄ vtiq⁊ seipos decipiūt. de q̄ lati⁹ dixi. s. l. J. K. Tercio ex ℔ euāg. ptz q⁹ q̄ntūcūq⁊ hō sit nobil': potēs et diues. adhuc tñ volēte deo subiacet infirmitatibꝰ. naz vna modica febz⁊ eū deijcit q̄ multis impare solebat. ptz de alexādro magno. q̄ cū sel' obsedisset q̄ndā ciuita tē ⁊ sagitta fuiss⁊ vulnerat⁹ ⁊ multū doluisset: ait. Odēs me dicūt filiū esse iouis. ſ⁊ ℔ vuln⁹ hoiem me esse clamat. Nā q̄ntūcūq⁊ fuerit potēs: adhuc tñ miserabil'r mortu⁹ ē, ⁊ pedibꝰ illoꝛ calcat⁹ q̄bꝰ impare solebat. Et ls vsq⁊ ad fines tre subiecerit sibi reges ⁊ p̄sides et p̄ncipes et multos iterfecerit. tñ solū. xij. ānis regnauit. vt ptz. j. Mach. j. ¶ Sz. di. q. q̄d facere

¶ Dominica vicesimaprima

